quaerebantur. igitur cum ex eo colle descenderent qui iuxta Prusenum castellum eminet, nostri vero ascenderent, ex improviso concurrerunt. ut ad arma ventum est, Alani Theodoro Alexii Branae filio duce fere omnes ceciderunt, quippe qui primi et soli cum Alemannis pugnarent. Romani vero praecipiti et turpi fugae se mandabant, vix aspectu hostium tolerato; et ipse protostrator alia via elapsus a nobis in tertium usque diem visus non est, et manibus hostium cupidissime evitatis, vix tanquam ex longo mari salsam veluti aquam adhuc expuens, in portum pervectus, rediit, confusis Alemannorum vocibus de eo capiendo adhuc aures eius personantibus. multi quoque sine armis, sine equis in castra redierunt, fractis in illa cursus contentione vehiculis. ex eo tantum ab Alemannis seiuncti sumus, ut ultra LX stadia recederemus. nam illi ad Philippopolim permanebant, nos circa extremitates Achridi quiescebamus, de vita duntaxat conservanda solliciti: imo et nostram provinciam po-

εἰσεφερόμεθα. καὶ τὰ τοιαῦτα εἰσεληλυθότα τοῦ βασιλέως ἐνώπιον ἐνδοῦναι μόγις τοῦ ἄγαν ἔπεισαν. καὶ ἡμεῖς δ' αὐτοὶ μετὰ βραχὺ ἀφικόμενοι κατὰ μέρος πάντα διηγησάμεθα, προσθέμενοι ὥς φασιν οἱ Ἀλαμανοὶ μηδὲν ἕτερον εἶναι τὸ πεῖσαν τὸν βασιλέα Ῥωμαίων τὰ τῶν ἑσπερίων Χριστιανῶν ὅρκια παραβλέψασθαι ἢ τὸ μετὰ τοῦ τῶν Σαρακηνῶν ἄρχον-
B τος σπείσασθαι, καὶ κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς περὶ φιλίας κρατοῦν ἔθιμον ἀμφοτέρους σχάσαι φλέβα τὴν ἐπιστήθιον καὶ τὸ ἐκεῖθεν ἐκρυὲν αἷμα ἑκάτερον εἰς πόσιν ἀντιπροτείνασθαι. καὶ μεταβαλεῖν οὕτως ἰσχύσαμεν τῆς ἐνστάσεως. ἀμέλει τὴν ἐναντίαν τραπόμενος τῆς προτέρας ὁ βασιλεὺς προθέσεως, ἐγλίχετο τῆς ἐς ἕω τῶν Ἀλαμανῶν περαιώσεως. ὁρῶν δὲ τὸν ῥῆγα διὰ τὴν ἐς χειμῶνα τῆς ὥρας μετατροπὴν (ἦν γὰρ Νοέμβριος μὴν ὅτε ταῦτα ἐγίνετο) εἰς ἔαρ τὴν μετάβασιν ἀνατιθέμενον, πάλιν τοῖς προτέροις ἐνέμενε, καὶ ἐπιστέλλων προηγόρευε τῷ ῥηγί, βασιλεῦσιν οὐχ ἁρμοδίως, ὡς θανεῖται πρὸ τῶν πασχαλίων ἡμερῶν. καὶ ἵνα τὰ ἐν μέσῳ παρῶ πλείω κατηγορίαν τοῦ δρῶντος καὶ λέγοντος ἤπερ ἔπαινον
C ἔχοντα, πείθεται μόλις διαφεῖναι τοὺς πρέσβεις ἐς τὸν ῥῆγα ἐπανελθεῖν. αὐτὸς δὲ τούτους ἰδών, καὶ μαθὼν ὡς οὔτε καθέδρας ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς μετέδωκεν ἀλλὰ δουλοπρεπῶς ἐπ' ἴσης Ῥωμαίοις αὐτῷ παρειστήκεισαν ὀπτανόμενοι, οὔτε

2. δ' ἐς αὐτὸν κατὰ A. 13. τροπὴν A. 17. πρὸ τῶν ἡμερῶν τῆς πασχαλίας B. 21. αὐτοὺς ὁ βασ. ἠξιώκει A.

pulabamur, ut commeatus suppeteret. quae cum ad imperatorem perlata essent, vix eum moverunt ut nonnihil de pertinacia remitteret. et nos etiam paulo post ad eum profecti singula diligentius exponebamus, illo adiecto, Alemannos dicere nihil esse aliud quod imperatorem ad negligenda Occidentalium Christianorum pacta impulerit, nisi quod cum principe Sarracenorum pacem fecisset, et ut moris illorum esset in amicitia constituenda, uterque vena in pectore incisa suum alteri sanguinem propinasset. sic tandem eius contumaciam ita fregimus, ut consilio in contrarium mutato Alemannorum transitum in Orientem expeteret. quem cum regem ob instantem hiemem (nam Novembri mense haec acta sunt) in vernum tempus differre cerneret, rursus ad ingenium rediit; et per litteras, contra decorum imperatorium, regi vaticinatus est eum ante Pascha moriturum. et ut alia quae antecessere praeteream (plura enim habent quae in dictis et factis auctoris culpentur quam quae laudentur), vix adducitur ut legatos ad illum reverti patiatur. e quibus ubi is cognovit imperatorem eos neque consessu neque ullo alio singulari honore dignatum esse, sed aeque ut Romanos serviliter astare sivisse,

τινὸς ἑτέρου ἠξιώθησαν ἀγαθοῦ ἐξαιρέτου ἐπίσκοποί τε ὄντες καὶ αὐτῷ προσγενεῖς, ἠγανάκτει καὶ δῆλος ἦν ἐπὶ τῷ γεγονότι τῷδε διαπριόμενος. ὡς δὲ καὶ πρέσβεις ἡμέτεροι παρ' ἐκεῖνον ἀφίκοντο, ἑαυτῷ συμπαρέδρους πεποίηκεν αὐτούς τε καὶ τοὺς ὑπηρετουμένους αὐτοῖς, μηδὲ τοὺς ὀψοποιοὺς καὶ ἱπποκόμους καὶ μάττοντας παρίστασθαι ἀφεικώς. μὴ εἶναι δὲ λεγόντων ἐκείνων εἰκὸς βασιλεῖ μεγίστῳ συνθωκεύειν ὑπηρέτας (ἀρκετὸν γὰρ ὅτι καὶ οἱ κύριοι αὐτῶν συνεδρεύουσιν) οὐ καθυφῆκέ τι μικρὸν τοῦ σκοποῦ, ἀλλὰ καὶ μὴ ἑκόντας D τοῖς δεσπόταις αὐτοὺς συγκατέκλινεν, ἐν οἷς ἔπραττε Ῥωμαίους καταμωκώμενος, καὶ δεικνὺς μὴ ἀρετῆς καὶ γένους εἶναι παρ' αὐτοῖς διαστολήν, ἀλλ' ὡς εἰς συφεὸν οἱ συφορβοὶ τὰς σῦς ἀπαξαπάσας εἰσελῶσιν εἰς ἕνα σταθμόν, μὴ διιστῶντες τὰς πίονας καὶ πλειόνως διαχέειν ἐχούσας τὸ ἀποδίδοσθαι, οὕτω δὴ καὶ Ῥωμαῖοι παραστατοῦντας ἔχουσιν ἅπαντας. οὐ πολλοῦ δὲ διαγενομένου καιροῦ ἠνάγκασεν αὐτὸν ἡ τῶν ἐπιτηδείων ὑποσπάνισις μερίσαι τὸ οἰκεῖον στράτευμα. οὐκοῦν αὐτὸς μὲν ἄπεισιν εἰς Ὀρεστιάδα, κατὰ δὲ τὴν Φιλιππούπολιν εἴασε τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν καὶ τοὺς ἐπισκόπους μεθ' ἱκανοῦ στρατεύματος, εἰπὼν ὡς „ἀναπαύσασθαι χρεὼν ὑμᾶς ἐνταυθοῖ, ἄχρι δὴ τὰς παρειμένας κνήμας καὶ τὰ παραλελυ- V. 216 μένα γόνατα ἐκ τοῦ παρίστασθαι τῷ βασιλεῖ Γραικῶν ἀναρ- P. 263 ρωσθείητε."

1. ἠξιώθησαν] ἐξαιρέτως μετέδωκεν ἀγαθοῦ ἐπισκόπους ὄντας A. 5. αὐτοῖς] σφίσι A. μηδὲ] μέχρι καὶ μαγείρου καὶ στράτωρος B. 6. παρεστάναι ἀφεὶς A. 7. συνθακεύειν ὑπηρέτας ὄντας A. 9. σκοποῦ] σκέμματος A. 12. ὡς συφορβοὶ τὰς ὗς A. χοιροβοσκοὶ τοὺς χοίρους B. 13. εἰς ἕνα] εἰς τὰ χοιρομάνδρια, μὴ διαχωρίζοντες τὸ παχὺ καὶ λιπῶδες ἀπὸ τοῦ πτωχοῦ B. 14. καὶ πλ. — ἀποδ. om A. 15. ἔχοντες A. 18. τὴν τοῦ φ. A. 20. ὡς om A.

quamvis episcopos et cognatos suos, indignationem et iracundiam dissimulare non potuit. ut autem legati nostri ad eum venerunt, et ipsos sibi assidere iussit, nec ministros coquos et equisones eorum astare passus est. qui cum decere negarent ut ministri regi maximo assiderent, satis esse quod suis dominis honos is haberetur, non destitit, sed invitos etiam illis assidere coegit. quo facto Romanos subsannabat; et innuebat eos neque virtutis neque generis habere rationem, sed ut subulci porcos omnes, sive pingues et pretii maioris sive macilentos, in eandem haram compellerent, ita Romanis etiam sine discrimine quosvis astare oportere. non multo post, commeatus penuria coactus, exercitu diviso Orestiadem abiit, filio suo cum episcopis et iustis copiis Philippopoli relictis, quibus dixit „vo-

6. Ἐπεὶ δ' ὁ χειμὼν παρῆλθε καὶ τὰ ἄνθη ἔδωκεν ὀσμήν, ἀνανεοῦται τοὺς ὅρκους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ ῥήξ, καὶ τοῦ μὲν ὀμωμόκεσαν οἱ τοπάρχαι καὶ μεγιστᾶνες παρελεύσεσθαι τὸν ῥῆγα διὰ τῆς Ῥωμαΐκῆς γῆς καὶ μὴ δι' ἀγρῶν ἢ ἀμπελώνων διελεύσεσθαι, ὁδῷ βασιλικῇ πορεύσεσθαι, οὐδ' ἐκκλινεῖν δεξιὰ ἢ ἀριστερά, ἕως τὰ τῶν Ῥωμαίων παρελεύσεται ὅρια. βασιλεὺς δὲ δέδωκεν ὁμήρους τινὰς τῶν ἐξ αἵματος. ὡρκώθησαν δὲ καὶ ἔνδον τοῦ μεγίστου νεὼ ἀπὸ τῶν ἀγοραίων καὶ τῆς βασιλείου αὐλῆς πεντακόσιοι, ὡς ὁ βασιλεὺς ἀπαραβάτους τὰς συνθήκας φυλάξει καὶ χορηγήσει τοῖς Ἀλαμανοῖς ἡγεμόνας ὁδοῦ καὶ ἐφόδια. τότε καὶ τῶν κριτῶν
B τοῦ Βήλου τινὲς εἰς τὸν ῥῆγα κατὰ λόγον ὁμήρων στελλόμενοι οὐχ ὑπήκουσαν, καὶ μὴ ἔχοντες ἀντιπίπτειν βασιλεῖ καὶ καθῆσθαι οἴκαδε ἀδεῶς γωνίαις ἀλλοτρίων δόμων ἑαυτοὺς ἐνετύμβευσαν μέχρι τῆς εἰς ἕω τοῦ ῥηγὸς διαβάσεως. βασιλεὺς δὲ χολωθεὶς ἀντὶ μὲν τῶν κριτῶν τοῦ Βήλου ταβελλίωνας ἀπέσταλεν ὄψιδας, τὰς δὲ τῶν μὴ πεισθέντων κτήσεις τε καὶ οἰκήσεις οἷς ᾑρεῖτο παρέσχετο, καὶ δικαστὰς ἑτέρους προυβάλετο. ὕστερον δὲ μὴ ἀπείθειαν ἀλλὰ δειλίαν εἶναι οὐκ ἄλογον ἐπιγνοὺς τὸ πραχθέν, τῶν τε κτήσεων κυρίους αὖθις πεποίηκε καὶ τῶν προτέρων ἠξιώκει τιμῶν. τῶν δὲ συμφωνιῶν πεπερά-

1. δέδωκεν A. 5. ἐλεύσεσθαι A. 8. δὲ καὶ] δὲ κἀν τῷ μεγίστῳ ναῷ A, ἐντὸς τῆς ἁγίας σοφίας ἀπό τε τῶν συγκλήτου πολιτῶν καὶ τοῦ βασιλέως ἄνδρες ὡσεὶ πεντακόσιοι B. 9. βασιλικῆς A. 11. ἡγεμόνας] προβόδους B. 14. ἐνετύμβευσαν] ἐνέβυσαν A. 16. ταβελλίωνας ἀπέσταλκεν A. 21. τιμῶν] δικαστικῶν ἐπιτιμιῶν A.

bis hic requiescendum est, dum fessas tibias et labascentia genua ex illa apud Graecum regem statione refocillaveritis."

6. Elapsa hieme, cum prata iam reflorescerent, foedus inter regem et imperatorem renovatur; ac illius principes et magnates iurant regem per Romanas provincias via regia transiturum, neque laeva neque dextra vel in vineas vel in agros evagantem, donec Romanorum fines excesserit. imperator vero quosdam cognatos suos dedit obsides, et in maximo templo circumforanei et palatini proceres D iureiurando sunt adacti imperatorem pacta inviolata conservaturum et Alemannis viae ductores et viaticum suppeditaturum. tum etiam quidam ex Beli iudicibus ad regem obsidum loco mittendi, quia palam imperatori refragari tutoque sedere domi non poterant, in alienarum aedium angulis, donec rex in Orientem transisset, sese abdiderunt. enimvero imperator iratus iudicum loco tabelliones misit obsides, et contumacium possessiones et aedes iis donavit quibus voluit, aliosque iudices designavit. post vero cum id non contuma-

σμένων βασιλεὺς μὲν τῷ ῥηγὶ ἀργυρέων νομισμάτων στέλλει κεντηνάρια τέσσαρα καὶ περιφανῆ νήματα χρυσοϋφῆ, κἀκεῖ- C νος ἄλλοις ἀντιδεξιοῦται τοῦτον δωρήμασι. κἀντεῦθεν πλοίων πλείστων ἱππαγωγῶν ἀπενεχθέντων εἰς Καλλιούπολιν, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἀλλήλοις συνέδοξεν ὥστε διαπλωΐσεσι διτταῖς μετὰ τοῦ παντὸς αὐτὸν διαπεραιωθῆναι στρατεύματος (ἐδεδίει γὰρ μὴ παρασπονδήσαντες Ῥωμαῖοι τοῖς κατὰ βραχεῖς διαπερῶσιν εἰς τὴν ἀντιπέραν ἐπίθωνται), οὕτως οὐχ ἡμέραις πλείοσι τῶν τεττάρων κατὰ τὴν ἕω γίνεται. ὡς δ' ἤγγισε κατὰ τὴν Φιλαδέλφειαν, οὔτε παρῆλθε διὰ τῆς πόλεως, καὶ οἱ ταύτης φιλενδεικτοῦντες οἰκήτορες ἐν τῷ ἀπαίρειν τὸν ῥῆγα ἐκεῖθεν πρὸς πόλεμον μεθηρμόσθησαν καὶ μέρει τῆς στρατιᾶς κατὰ λῃστείαν ἐπέθεντο. ὡς δ' οὐ προυχώρει τούτοις τὰ καταθύμια, ἀλλ' ἀνδριᾶσι χαλκήρεσιν ἢ γίγασιν ἀκαταβλήτοις προσεγγίζοντες ἔγνωσαν, μετέθεντο τὴν ὁρμὴν εἰς D τροπήν. οἱ δὲ διὰ τοῦ Ἀετοῦ λεγομένου χώρου πορευθέντες παρενέβαλον εἰς τὴν ἐν Φρυγίᾳ Λαοδίκειαν. καὶ φιλοφρονηθέντες ἐκεῖσε ἀσπασιώτατα καὶ ξεναγωγηθέντες ὡς οὐχ ἑτέρωθι, καὶ πάντες μὲν τοῖς Λαοδικεῦσι πάντα τὰ θεόθεν ἐπηύξαντο ἀγαθά, ὁ δὲ ῥὴξ καὶ μάλιστα· ἀνατείνας γὰρ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν καὶ ἄρας ἄνω τὰ ὄμματα, τὸ δὲ γόνυ

1. τῷ ῥηγὶ τέσσαρα κεντηνάρια δουκάτα ἀπέστειλε καὶ βλατία διβολέα καὶ τριβολέα B. νομισμάτων] κομμάτων A. 4. ὑπαγωγῶν A. 5. ὥστε] ὡς ἵνα εἰς δεύτερον πέραμα τὸ ὅλον φοσσάτον διαπεραιωθῇ B. 9. κατὰ] εἰς A. 14. γίγασιν ἔγνωσαν προσεγγίζοντες A.

cia sed metu non supervacaneo factum esse comperisset, eis et possessiones et dignitatem pristinam restituit. pactione peracta, regi quatuor centenarios argenteae monetae et eximias telas auro intertextas mittit, aliaque ab illo munera recipit. inde plurimis navibus equestribus Calliopolim perductis (nam id quoque convenerat, ut duabus navigationibus totus exercitus traiiceret, rege metuente ne Romani pactis violatis paucos una vehentes in traiectu occiderent) rex diebus non amplius quatuor in Orientem pervenit. ut ad Philadelphiam accessit, neque per urbem transiit, et eius incolae simulata amicitia, in regis discessu, in inimicitias erumpente partem exercitus per latrocinium sunt adorti. ut vero res parum successit, sed ferreas statuas aut gigantes sibi oppugnare videbantur, terga dederunt. Alemanni vero per Aquilae praedium (loci nomen id est) profecti ad Phrygiae Laodiceam castra posuerunt; ibique humanissime suscepti et hospitalius quam alibi usquam tractati, cum omnes Laodicensibus faustissima quaeque a deo sunt precati, tum rex manibus et oculis in caelum sublatis, genibus vero humi flexis, oravit

κάμψας εἰς γῆν, εἴ τι βιωφελές, εἴ τι ψυχῶν σωτήριον, ἐκ τοῦ τῶν ὅλων κηδεμόνος θεοῦ καὶ πατρὸς ἐπικαταπτῆναι τούτοις ἱκέτευσεν, ἐπειπὼν ὡς εἰ Χριστιανοῖς τοιούτοις ἐνευθηνεῖτο ἡ Ῥωμαίων γῆ καὶ εὐγνωμόνως οὕτω τοὺς τοῦ Χριστοῦ P. 264 ὁπλίτας καθυπεδέχοντο, κἀκεῖνοι τὸν ἐπιφερόμενον πλοῦτον σφίσιν ἀγαπητῶς ἐδεδώκεισαν ἄν, τὰ ἐπιτήδεια μετ' εἰρήνης παρέχοντες, καὶ αὐτοὶ τὰ ὅρια Ῥωμαίων πάλαι παρήλθοσαν, ἀγεύστους Χριστιανῶν αἵματος καὶ ὑπνούσας ἐπὶ κουλεῶν τὰς λόγχας φέροντες.

Ἀψάμενοι δὲ τῆς ἄνω πορείας οὐδὲ τοὺς Τούρκους εὕρισκον ἠπίως αὐτοῖς προσφερομένους, ἀλλὰ καὶ οὗτοι τὴν ἐνώπιον μάχην ἐκκλίνοντες ἐλῄστευον ὅπῃ ποτὲ ἴσχυον, καίτοι Ῥωμαίοις ἐπ' ἴσης συνθέμενοι διὰ τῆς χώρας σφῶν τούτους ἀμαχητὶ παρελθεῖν, καὶ πάντα χορηγήσειν ὁπόσων οἱ παροδεύοντες χρῄζουσι. καὶ ἦν ἂν οὐ πρὸς κακοῦ καὶ αὐτοῖς, εἰ τὰς συνθήκας ἐτήρησαν· νῦν δ' ἐλπίσι κεναῖς κουφιζόμενοι B πρὸς προῦπτον ἠρρενώθησαν πόλεμον. τῷ τοι καὶ περὶ τὸ V. 217 κάστρον τὸ λεγόμενον Φιλομίλιον συγκεκροτηκὼς πόλεμον ὁ ῥὴξ μετὰ τῶν παίδων τοῦ Ἰκονιέως σουλτάνου, οἵτινες αὐτὸν τοῦ ἄρχειν καὶ βασιλεύειν παρέλυσαν καὶ τοῦ Ἰκονίου ἀπεώσαντο, τὴν προτέραν πατρικὴν εὐκληρίαν εἰς γῆρας μεταθέμενοι δύσδαιμον, αὐτούς τε ῥᾷστα ἐτρέψατο καὶ τὸ Φιλομίλιον πολιορκήσας ἐνέπρησεν. ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ λεγόμενον

12. καίπερ τοῖς ῥωμαίοις A. 13. τούτους] ἐκείνους ἀμαχεὶ παρελεύσεσθαι A. 18. λεγόμενον om A. 19. σουλτὰν A. 21. μεταθέμενον A. 23. π. ἀνέτρεψε καὶ ἐνέπρησεν A.

ut quicquid vitae prodesset, quicquid animis salutem afferret, id a gubernatore universitatis deo patre illis tribueretur, hac adiecta clausula, si Romanae provinciae Christianis huiusmodi florerent et adeo benigne Christi milites susciperent, se et illis opes quas attulissent libenter fuisse daturos, commeatu pacate accepto, et fines Romanorum iampridem fuisse transituros, hastis nullius Christiani sanguine contaminatis.

Cum altius ascenderent, nec Turcos benignos sunt experti: sed et hi apertam pugnam declinantes latrociniis eos, ubi poterant, infestabant, quanquam aeque ut Romani, pacti, si absque maleficio transirent, se eis omnia quae praetereunti exercitui essent opus suppeditaturos. ac sane eis quoque profuisset, si pactis stetissent. nunc inani spe elati in apertum bellum eruperunt. itaque rex ad castrum Philomelium praelio cum Iconiensis Sultani liberis commisso (quem regno erepto Iconio expulerant, pristina eius felicitate in aerumnosam senectutem mutata) cum ipsos facile profligavit, tum

Γιγκλάριον αὐτοῖς συμβαλὼν τὸ κράτος ἤρατο, ὅτε καὶ οἱ μὲν Τοῦρκοι τὰς τῶν παρόδων προκατειληφότες στενὰς προσέμενον τὴν τῶν Ἀλαμανῶν ἐκεῖθι ἄφιξιν, ὁ δὲ ῥὴξ τὸ τῶν ὑπεναντίων σκέμμα συνεὶς ἐπὶ τόπου κατεστρατοπέδευσε πεδινοῦ, νυκτὸς δὲ εἰς δύο μοίρας τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον διελὼν τὸ μὲν ταῖς σκηναῖς προσμένειν ἀπέταξε, τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν C *ὑποφαινομένης ἡμέρας εἰς ἀπόδρασιν ἐπέταξε πλαστῶς ἐνσκευάζεσθαι ἄλλης ἁπτόμενον ὁδοῦ. οἱ τοίνυν Πέρσαι τὸν δόλον ἔργον ἀληθὲς εἶναι ὑποτοπήσαντες ἀπανίστανται μὲν τῶν δυσχωριῶν περιχαρῶς, κατὰ δὲ τὸ πεδίον γενόμενοι τὸν χάρακα εἰσέδυσαν τὸν Ἀλαμανῶν, ἀφροντιστοῦντες ἅμα καὶ χαίροντες ὡσεὶ καὶ προχείρῳ ἑρμαίῳ τοῖς ἐν αὐτῷ ἐντευξόμενοι πολλοῖς οὖσι καὶ ἀγαθοῖς, ἐπεὶ καὶ φιλοκερδὴς ἅπας βάρβαρος, καὶ τὰ πλείω ἢ καὶ πάντα πράττων ἐστὶ καὶ φθεγγόμενος πρὸς ἀργύριον. ὡς δὲ οἵ τε φεύγοντες ἐπανέλυσαν καὶ οἱ ἐν ταῖς σκηναῖς εὐθαρσῶς ὑπηντίαζον, περιειλούμενοι οἱ Πέρσαι τὴν πρὸς θάνατον ἤγοντο.* D

7. *Οὐ μόνον οὖν ἐκ τῶν δυοῖν τούτων πολέμων φοβερὸς ὁ ῥὴξ ἐγεγόνει καὶ παρὰ τοῖς ἑῴοις ἔθνεσι διαβόητος, ἀλλ' ὅτι καὶ κατ' αὐτὸ τὸ Ἰκόνιον τοῖς αὐτοῖς τοὺς Τούρκους περιέβαλε δυσπραγήμασιν. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ σουλτὰν εἰς τὰ Τάξαρα δραπετεύσας ἀπελογεῖτο μηδὲν εἰδέναι ὧν οἱ*

1. *κιγγλάριον* A, *γιγγλάριον* B. 2. *προσέμενον*] *ἐτήρουν* A. 5. *στράτευμα διελὼν ὃ μὲν* A. 6. *λ. ἅμα ὑποφαινομένῃ τῇ ἕω* A. 12. *ὡσεὶ*] *ὡς προκειμένῳ* A. 14. *ἢ τὰ π.* A. 16. *περιειλούμενοι*] *περισχεθέντες* A. 18. *οὖν*] *γοῦν* A.

Philomelium evertit atque incendit. eosdem etiam ad Cingularium vicit. cum enim angustiis occupatis Alemannorum transitum observarent, ille consilio hostium intellecto castra in campo posuit; et copiis suis noctu bifariam divisis, unam partem in tentoriis manere iussit, alteram diluculo fuga simulata viam aliam insistere. Persae autem dolum eum rem veram esse rati, laeti ex angustiis in apertum campum effusi vallum Alemannorum irrumpunt, simul et securi et laeti, ut paratam praedam, magnas opes direpturi. omnis enim barbarus avarus est, et pecuniae causa pleraque, ne dicam omnia, et dicit et facit. ut vero et qui fugerant se converterunt, et qui in castris erant confidenter occurrerunt, Persae circumventi occidebantur.

7. Neque vero ex his duobus duntaxat praeliis rex formidabilis evasit et apud Orientales gentes celebris, sed ex eo etiam quod Turcos ad ipsum Iconium iisdem cladibus affecit. nam ipse quidem Sultanus ad Taxara profugus ignorationem excusabat eorum quae

υἱεῖς αὐτοῦ διεπράξαντο, ὅτι καὶ τῆς ἀρχῆς ὑφ' ἑνὸς αὐτῶν τοῦ Κοπαττίνου ἀπεσκοράκισται· οἱ δὲ Τοῦρκοι τὰ τῶν κήπων ὑπεισδύντες ταφρεύματά τε καὶ τοὺς διώρυχας, οἳ συνεχεῖς εἰσὶ περὶ τὸ Ἰκόνιον, καὶ τοὺς ἐκ λίθων περιβόλους ὡς ἕρκος περιβαλλόμενοι, ἐκ τούτων ᾤοντο ἐπισχήσειν τὴν ἐς Ἰκόνιον πάροδον τῶν Ἀλαμανῶν, οἷα τοξόται πάντες κράτιστοι περὶ ἕνα χῶρον συνηλισμένοι, καὶ πρὸς ἱππεῖς ὁπλοφόρους ἐν δυσχωρίαις κοῦφοι διαμιλλώμενοι. ἀλλ' εἰς κενὸν καὶ τότε σφίσι τὰ διαβούλια ἔσχασαν. οἱ γὰρ Ἀλαμανοὶ
P. 265 *θεασάμενοι τοὺς Τούρκους τὰς τῶν κήπων ὑπεισιόντας αἱμασιὰς καὶ ὡς ἀφ' ὁρμητηρίου τινὸς ἐκεῖθεν τοξεύοντας τάδε ἐποίουν· ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ὄχημα τῶν ἱππέων ἕκαστος πεζὸν ἐπανέλαβεν ὁπλίτην, καὶ τούτους ὡς διὰ βαθμίδων τῶν ἵππων ἄνωθεν τῶν περιβόλων θέμενοι, ἔνθα οἱ Τοῦρκοι συνεσπειράθησαν, διαφῆκαν ἐνθένδε σφίσι συμπλέκεσθαι, ἐπεβοήθουν δὲ καὶ αὐτοὶ ἐν οἷς ἐξῆν διιππάζεσθαι. καὶ κακοὶ καὶ τότε κακῶς οἱ πλείους τῶν Τούρκων ἀπώλοντο, οἱ δὲ καὶ διασπαρέντες ἐσώθησαν. ἵνα δὲ καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαις τὸ πλῆθος πιστωσώμεθα τῶν πεσόντων, ἔφασκέ τις Ἰσμαηλίτης, ὃς τῷ πολέμῳ τούτῳ παρατετυχήκει, τῷ βα-*
B *σιλεῖ προσρυεὶς Ῥωμαίων, τὴν οἰκείαν ἐπομνύμενος θρησκείαν, διακοσίους ἀργυρέους καταθέσθαι στατῆρας εἰς ἐκκόμισιν τῶν νεκρῶν οἳ κατὰ τὸν κῆπον αὐτοῦ ἀπεσφάγησαν. οἱ δ' Ἀλα-*

2. τὰ] *εἰς τὰ τῶν κήπων εἰσελθόντες περιφράγματα καὶ εἰς τὰ χαντάκια* B. 3. *ταφρ. καὶ τὰς δ. αἳ* A. 4. *ἐκ*] *διὰ* A. 21. *προσρεὶς καὶ τὴν οἰκείαν εἰς ὅρκον ἐπιφέρων θρ.* A. 22. *διακόσια ἄσπρα* B. *καταθ.*] *καταβαλέσθαι* A. 23. *κῆπον*] *τόπον* A.

filii sui fecissent, utpote ab uno ex iis Copatino regno pulsus: Turci vero hortorum aggeribus et fossis, quae crebra sunt iuxta Iconium, occupatis, et maceriis pro muro obiectis, Alemannorum accessum facile se prohibituros putabant, cum omnes sagittarii optimi essent, atque uno in loco expediti cum gravis armaturae equitibus pugnaturi. sed id quoque consilium eorum fuit irritum. nam Alemanni cum Turcos septa hortorum subire atque inde velut ex propugnaculis sagittare viderent, sic fecerunt. quisque peditem armatum in equi sui tergum recepit, ut ex eo tanquam scala, maceria conscensa, comminus cum hoste congrederetur; et ipsi, qua equis patebat iter, opitulabantur. ita tum quoque Turci plerique mali male perierunt; nonnulli etiam dispersi fuga salutem quaesivere. ut autem occisorum multitudinem hostium testimonio confirmemus, Ismaelita quidam qui ei pugnae interfuerat, ad imperatorem profugus, per suam religionem iuravit se ducentos argenti stateres pollinctoribus numerasse, ut cadavera ex

μανοὶ τὸ Ἰκόνιον κατασχόντες τούτου μὲν ἐντὸς οὐκ εἰσέδυσαν, κατὰ δὲ τὴν ἔξω λεγομένην πόλιν ηὐλίσθησαν, ἄνωθεν τῶν δωμάτων τὰς αὐλαίας πηξάμενοι. καὶ μηδὲν ἕτερον ὅτι μὴ τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐπιτήδεια καὶ μόνα ἐκεῖθεν ἐνσκευασάμενοι τοῦ πρόσω εἴχοντο. κατὰ δὲ τὴν ἀνάβασιν ταύτην λέγεταί τινα Ἀλαμανὸν πελώριον τὸ σῶμα, τὴν ἰσχὺν ἀπαράμιλλον, τῶν ὁμοφύλων ἐπὶ πλεῖστον ἀπολειφθῆναι, καὶ τὸν μὲν ἀνειμένοις στέλλεσθαι ποσίν, ἐκ τοῦ χαλινοῦ τὸν ἵππον ἐφέλκοντα τῇ ὁδοιπορίᾳ κεκμηκότα, τῶν δ' ἐξ Ἰσμαὴλ ἀθροισθῆναι περὶ αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς πεντήκοντα, κρατίστους ἅμα V. 218 πάντας καὶ τὰς οἰκείας τάξεις ἀπολιπόντας. οἱ μὲν οὖν ὡς ἐς κύκλωσιν αὐτὸν διειληφότες περιετόξευον, ὁ δὲ τῷ εὐρεῖ C σάκει σκεπόμενος καὶ τῇ τῶν ὅπλων θαρρῶν στεγανότητι γεγηθὼς ἐπορεύετο, ἀτίνακτος κατὰ πρῶνα ἢ πρόβολον τοῖς τοῦ βαρβαρικοῦ ἐκείνου ξυλλόγου βλήμασι καὶ ὢν καὶ δεικνύμενος. ὡς δ' ἐκείνων τις γενναῖόν τι δράσειν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐπαγγειλάμενος ἀπέθετο μὲν τὸ τόξον ὡς οὐκ ὀνήσιμον, τὴν δ' ἐπιμήκη μάχαιραν ἐξερύσας καὶ τὸν ἵππον ἐς δρόμον ἀνεὶς ἀγχωμάλως καὶ ἐνώπιος ἐνωπίῳ τῷ Ἀλαμανῷ ἐπεβάλετο μάχεσθαι, αὐτὸς μὲν ὅσα καὶ ἀκρώρειαν ὄρους ἢ ἀνδριάντα χάλκεον ἔπαιε τὸν Ἀλαμανόν, ὁ δὲ τὸ ξίφος σπασάμενος παχείᾳ καὶ ἡρωϊκῇ χειρὶ βριθὺ καὶ μέγα καὶ στιβαρὸν πλήττει τὸν ἵππον ἐπιδοχμίως περὶ τοὺς πόδας, καὶ ἄμφω D τοὺς ἐμπροσθίους ὡς οὐδ' ἀγροῦ τις χόρτον ἀπέτεμεν. ὡς δ'

2. ηὐλίσαντο A. 6. τινα τῶν Ἀλαμανῶν A. ἀπαράμιλλον] ἀπροσπέλαστον A. 13. τῇ τοῦ θώρακος θ. A. 19. τῷ Ἀλαμανῷ om A. 23. περὶ] κατὰ A. 24. ἐμπροσθίους] πρόσθεν A. ἀπέτεμεν] ἀποδιεῖλεν A.

suo duntaxat horto efferrent. Alemanni vero Iconio potiti urbem ingredi noluerunt, sed in tectis suburbii fixis tabernaculis, nec ulla re alia nisi ad vitam tuendam necessariis inde ablata, coeptum iter sunt prosecuti. in hac expeditione ferunt Alemannum quendam corpore ingenti et robore invicto praeditum, populares suos longo intervallo secutum, pedetentim incessisse, equum trahentem ex itinere fatigatum. Ismaelitas vero circiter quinquaginta, viros fortissimos, suis stationibus evagatos illum undique sagittis petiisse. caeterum eum lato scuto tectum et firmitate thoracis fretum alacrem perrexisse, nihilo magis barbarorum telis commotum quam si rupes esset. unum autem caeteris iactantiorem, abiecto inutili arcu, longum ensem strinxisse, et concitato equo comminus illum ut promontorium aut aeream columnam gladio percussisse. Alemannum vero gladio, qui heroicam dextram deceret, ambos anteriores pedes hostilis equi tan-

ἐπὶ γόνυ κλιθεὶς ὁ ἵππος ἔτι τὸν ἀναβάτην ἐρειδόμενον εἶχε τῇ ἐφεστρίδι, ἐκτείνας ὁ Ἀλαμανὸς τὸν βραχίονα κατὰ μέσης τῆς τοῦ Πέρσου κόρσης τὴν σπάθην κατήνεγκεν. ἡ δὲ τῇ οἰκείᾳ τε ἀντιτυπίᾳ καὶ τῇ τοῦ φέροντος γενναιότητι οὕτως ἀξιοθαύμαστον εἰργάσατο τὴν τομὴν ὡς τὸν μὲν πληγέντα διαιρεθῆναι διχῇ, κακῶς δὲ καὶ τὸν ἵππον ἐς τὸν νῶτον παθεῖν διαπτάντος τὴν ἀστράβην τοῦ πλήγματος, τοὺς δὲ λοιποὺς Πέρσας πρὸς τὴν τοιαύτην θέαν καταπλαγέντας μηκέτι ἀποθαρρῆσαι τὸν μεθ' ἑνὸς πόλεμον. καὶ οἱ μὲν οὕτως, ὁ δὲ ὡς λέων πεποιθὼς τῇ οἰκείᾳ ῥώμῃ οὐκ ἐπέτεινε τὴν πορείαν, ἀλλὰ βάδην ὁδεύων περὶ ὀψίαν τοῖς ὁμογενέσι προσέμιξεν ἔνθα ηὐλίσαντο. φασὶ δ' ὡς οἱ ἐξ Ἰσμαὴλ ὑφορώμενοι μή πως εἰς τὴν αὐτῶν χώραν εἴη χρονίσας ὁ ῥὴξ ὡς ἤδη καταπαλαίσας σφᾶς, φιλοφροσύνην ἐς αὐτὸν προσποιητὴν ἐνδει-
P. 266 ξάμενοι ἔδοξάν πως αὐτὸν ἐκμειλίξασθαι οὕτω· τὸν δὲ ὅμηρα τῶν μέγα παρ' αὐτοῖς δυναμένων τοὺς παῖδας δεξάμενον καὶ ἡγεμόνας ὁδοῦ προσλαβόμενον πλείστους τὰ αὐτῶν ὅρια οὕτως ὑπερβαλεῖν, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον τῆς Ἀρμενίας ἁψάμενον οὐ βραχεῖς ἐκ τούτων δοῦναι τῷ ξίφει, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀποπέμψαι ὀπίσω.

8. Φιλοτίμως δὲ ὑπὸ τῶν Ἀρμενίων προσδεχθείς, καὶ συχνὰς ἐκεῖσε ἡμέρας προσδιατρίψας, ἐς τὴν Ἀντιόχου πόλιν ὥρμητο μεταχωρεῖν, μέγα ἀεὶ περιβαλλόμενος ὄνομα ἐπί τε συνέσει καὶ τῷ ἀκαταμαχήτῳ στρατεύματι καὶ μηδὲν ἔχων

3. καταφέρει τὴν σπάθην A. 14. ἐς] πρὸς A. ἐνδείξασθαι καὶ δόξαι A. 17. αὐτῶν] ἐκείνων A. 19. οὐ βραχεῖς] ὀλίγους B.

quam foenum amputasse. qui cum in genua prolapsus nihilominus sessorem in sella sustineret, ensem in medium Persae caput ita impegisse, ut equite in duas partes dissecto etiam iumenti tergum, sella quoque dissecta, vulneraret. eoque spectaculo Persas attonitos non amplius esse ausos unum eum lacessere, qui nihil accelerato itinere pedetentim vesperi in castra suorum pervenerit. aiunt Ismaelitas, veritos ne rex in ditione ipsorum, ut quos devicisset, moraretur, simulatione benignitatis eum sibi placare voluisse. eum vero procerum filiis obsidibus acceptis et plurimis itinerum ducibus assumptis, ita fines eorum superasse. paulo vero post, cum Armeniae fines attigisset, non paucos ex iis obtruncasse, caeteros domum remisisse.

8. Ab Armeniis honorifice susceptus, et dies complures ibi commoratus, Antiochiam ire in animo habuit, augescente in dies eius gloria et nomine illustrato tum ob prudentiam tum propter invictum

ὑπαντιάζον πολέμιον. γενόμενος δὲ κατά τινα ποταμὸν (ὢ τῶν ὑπὲρ δόξαν καὶ ἀέλπτων περιπτώσεων, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τῶν ἀνεφίκτων ἀνθρώποις κριμάτων θεοῦ) ταῖς τῶν ὑδάτων B δίναις ἐναποπνίγεται, ἀνὴρ διὰ μνήμης ἄγεσθαι ἀγαθῆς τε καὶ διηνεκοῦς καὶ μακαρίζεσθαι δικαίως τοῦ τέλους παρὰ τοῖς ἐχέφροσιν ἄξιος, οὐ μόνον ὅτι περ εὖ εἶχε γένους καὶ πολλῶν ἐκ τριγονίας κατῆρχεν ἐθνῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ πόθῳ πυρούμενος ὑπὲρ τοὺς ὁπουδήποτε τῶν τότε Χριστιανῶν αὐτοκράτορας, πατρίδα καὶ χλιδὴν βασίλειον καὶ ἀνάπαυλαν καὶ τὸν οἴκοι μετὰ τῶν φιλτάτων ὄλβον καὶ τὸν ὑπερήφανον βίοτον παρωσάμενος, εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τοῖς κατὰ Παλαιστίνην Χριστιανοῖς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς τοῦ ζωοπαρόχου τάφου τιμῆς, τὴν ἀλλοτρίαν τῆς οἰκείας προκρίνας, μηδ' ὑποχαλασθεὶς τῆς ὁρμῆς τοῖς παρασάγγαις τῆς δολιχῆς καὶ πάσης ἀργαλέας ὁδοῦ καὶ τοῖς C ἐκ τῶν ἐθνῶν κινδύνοις δι' ὧν παρέρχεσθαι ἤμελλεν. οὐδὲ τὸ στενὸν ὕδωρ καὶ ὁ μετρητὸς ἄρτος, καὶ οὗτος ὠνητός, ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ἐπίβουλος, ἐξέκρουσεν αὐτὸν τῆς προθέσεως. οὐδὲ τέκνων περιχύσεις καὶ περιβολαὶ μετὰ δακρύων καὶ ὕστατοι ἀσπασμοὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν συγκεχύκασιν ἢ ἐξεθήλυναν· ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀπόστολον Παῦλον μὴ ἔχων τὴν αὐτοῦ ψυχὴν τιμίαν παρ' ἑαυτῷ, ἐπορεύετο μὴ μόνον δησόμενος ἀλλὰ καὶ ἀποθανούμενος ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. οὕτως

2. εἰπεῖν om A. 6. εἶχε τοῦ γένους A. 15. δολ.] πολλῆς A.
21. αὐτοῦ] οἰκείαν A.

exercitum, nullo hoste occurrente. cum autem ad fluvium quendam pervenisset (o insperatos et inopinatos casus, vel potius inexplorata hominibus dei iudicia) vorticibus aquarum suffocatur, vir honesta et perpetua memoria dignus, et iudicio prudentum vel in tali obitu felix, non eo tantum quod nobili ortus genere avitum imperium in multas gentes obtinuit, sed ob illud potius, quod ultra omnes omnium gentium Christianarum principes Christi desiderio flagrans, patria, deliciis regiis, tranquillitate, beata domi superbaque cum carissimis vita despectis, cum Christianis Palaestinae incolis aerumnas tolerare maluit, et propter Christi nomen et vitalis sepulcri venerationem exteras terras patriae praetulit, ab eo instituto non tot parasangis, non tam longinquo et ubique difficili itinere, non periculis, quae a gentibus per quarum provincias transeundum erat imminebant, deterritus. non aquae penuria, non praefinitus isque empticius panis, et alicubi insidiosus, eum ab instituto dimovit. non liberorum amplexus cum lacrimis et extremae salutationes animum eius commoverunt aut effeminarunt: sed potius instar Pauli apostoli vitam parvi

ἀποστολικὸς ἦν τοῦ ἀνδρὸς ὁ ζῆλος καὶ θεοφιλὴς ὁ σκοπὸς V. 219 καὶ τῶν ὑπερτελῶν τὸ κατόρθωμα, οἱ πρὸς τὴν ἀνάντη πολιτείαν τῆς εὐαγγελικῆς ὑψηγορίας ὅλον τὸν νοῦν ἀνατείναντες καὶ πρὸς ταύτην ἅπαντα τὸν δρόμον συντείναντες τὰ κατὰ D τὸν βίον ἁπαξαπλῶς ὡς σκύβαλα παρεβλέψαντο. καὶ ὁ μέν, ὡς ἐμὸν τὸν πείθω, μακαριστοῦ τετύχηκε τέλους· ὁ δ' ἐκείνου υἱὸς τὴν πατρῴαν ἀρχηγίαν δεξάμενος τὴν Ἀντιόχειαν εἰσελήλυθεν, ἐκεῖθεν δ' ἀφιγμένος εἰς τὴν προσωτέρω Κοίλην Συρίαν Λαοδίκειαν κατεστήσατο καθ' ἑαυτὴν στασιάζουσαν καὶ πρὸς τοὺς ἐξ Ἰσμαὴλ μεταρρέπουσαν, καὶ Βηρυτὸν πόνῳ οὐδενὶ παρεστήσατο, καὶ ἄλλας πλείστας Συριακὰς ὑπηγάγετο πόλεις, Λατίνοις μὲν ὑπηκόους πρότερον, τότε δὲ προσκεχωρηκυίας Σαρακηνοῖς. ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Τύρον ἀφιγμένος, καὶ πολιορκήσας τὸ Ἄκε ὑπὸ τῶν Ἰσμαηλιτῶν κα- P. 267 τεχόμενον, καὶ μογήσας ἐφ' ἱκανὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ καὶ αὐτὸς ἐκεῖσε τὴν ζωὴν καταλέλυκε. τὸ δὲ περιλειφθὲν τοῦ στρατεύματος οὐκέτι διὰ τῆς ἠπείρου θέσθαι τὴν ἐπάνοδον ἐδοκίμασεν, ἀπιστίαν κατεγνωκὸς τῶν ἐθνῶν δι' ὧν παρώδευσε, πλοίων δ' εὐπορῆσαν στρογγύλων, ἅπερ ἦσαν ἐκ τῶν ὁμοφύλων αὐτοῖς γενῶν εἰς Τύρον καταίροντα, τοῖς οἴκαδε ἀνασώζεται.

Τῷ καιρῷ δὲ τούτῳ οὐ μόνον Ἀλαμανοὶ κατὰ τῶν τὴν

8. προσωτέρω] περαιτέρω A. 14. τῶν om A.

aestimans abilt, non modo ut vinciretur, sed etiam ut pro Christi nomine moreretur. adeo apostolicus fuit illius viri fervor et religiosum institutum, nihil eorum sanctimonia inferius qui extra communem sortem positi tota contentione animorum ad vitae rationem evangelicae celsitudini respondentem feruntur, et totius aetatis cursu eo directo res humanas pro stercoribus despexerunt. ac is quidem, ut mihi persuasum est, feliciter est defunctus. filius autem eius paterno principatu suscepto Antiochiam venit. unde in ulteriorem Coelesyriam profectus Laodiceam seditione laborantem et ad Ismaelitas inclinantem pacavit. Berytum quoque nullo labore subegit; atque aliis plurimis Syriacis urbibus, quae pridem Latinis paruerant, tum vero ad Sarracenos defecerant, potitus, et Tyrum profectus Acen, quam Ismaelitae occuparant, obsedit; et pluribus laboribus pro Christi nomine exhaustis extremum et ipse diem ibi clausit. exercitus vero reliquus non consultum duxit terra domum reverti, perfidiae metu earum gentium per quas transeundum erat; sed rotundis navibus popularium suorum quae Tyrum appulerant conscensis, incolumes ad suos redierunt.

Hoc tempore non Alemanni duntaxat Sarracenis, qui Palaesti-

Παλαιστίνην κατασχόντων καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκπορθησάντων Σαρακηνῶν ἐστράτευσαν, ἀλλὰ καὶ ὁ ῥὴξ Φραγγίας καὶ ὁ τῶν πελεκυφόρων δὲ κατάρχων Βρεττανῶν, οὓς νῦν φασὶν B Ἰγγλίνους, ναῦς ὅτι πλείστας ἐκ Σικελίας καὶ τῆς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἠπείρου ἀγείραντες, σίτου τε αὐτὰς ἐμπλησάμενοι καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων εἰς Τύρον ἔπλευσαν· ταύτην γὰρ τὴν πόλιν εἶχον οἱ ἀθροιζόμενοι ναύσταθμον καὶ πρὸς τὸν κατὰ Σαρακηνῶν πόλεμον ὁρμητήριον. πλὴν οὐδ' οὗτοι τῆς ἁγίας πόλεως ἐξελάσαι ἴσχυσαν τοὺς Σαρακηνούς, ἀλλ' ἀτέλεστον ἀφεικότες ὃ προέθεντο ἔργον, τοῦ πρὸς τὰς πατρίδας πάλιν ἥψαντο πλοῦ. ὁ δέ γε τῶν Ἰγγλίνων ῥὴξ ἐν τῇ ἀναγωγῇ κατάρας εἰς Κύπρον αὐτῆς τε ἐκράτησε, καὶ τὸν ταύτης τύραννον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀπάνθρωπον καὶ δυσμείλικτον ὀλοθρευτήν, Ἰσαάκιον τὸν Κομνηνὸν συλλαβὼν τὰ μὲν πρῶ- C τα εἶχεν ἐν δεσμοῖς, μικρῷ δὲ ὕστερον ἐκεῖθεν ἐκτοπίσας τὸν ἀλιτήριον ὅσα καὶ ἀνδραπόδόν τινι τῶν ὁμογλώττων ἀπεχαρίσατο. καὶ αὐτὸς μὲν εἰς Παλαιστίνην κατέπλευσεν, ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ καταλείψας στράτευμα ὡς οἰκείας ἤδη τῆς νήσου ἀντεποιεῖτο, καὶ στέλλων εἰς τὴν νῆσον νῆας φορταγωγοὺς τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐκεῖθεν ἐφορολόγει. ἐν δὲ τῷ μεθίστασθαι τῆς Παλαιστίνης ὡς σφετέραν ἐδωρήσατο χώραν τὴν Κύπρον τῷ τῶν Ἱεροσολύμων ἡγήτορι ῥηγί, ἵνα τὰς οἰκείας ποιοῖτο διατριβὰς ἐκεῖσε, ἐκεχειρίαν ἄγων ἐκ τῶν πολέμων οἷα τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἀποβαλόμενος, καὶ κατάρχῃ τῆς Κυπρίων ὡς

7. ναύσταθμον] λιμένα καὶ ἀκούμβισμα B, ναύστ. καὶ κατὰ τῶν σαρακηνῶν ὁρμητήριον A. 13. εἰπεῖν et ὀλοθρευτὴν om A. 19. ἀντεποιεῖτο] ἀντείχετο A. 20. ἐφορολόγει] εἰσεκομίζετο A. 24. κατάρχειν A.

nam occuparant et Hierosolyma vastarant, arma intulerunt: sed et Franciae rex, et bipenniferorum Britannorum princeps, quos nunc Inglinos vocant, plurimis navibus ex Sicilia et ora Italiae maritima coactis et commeatu oneratis Tyrum petierunt. nam ea urbs receptus eorum et quasi belli arx erat contra Sarracenos; quos cum nec ipsi urbe sancta pellere possent, infectis rebus domum redierunt. caeterum Inglinorum rex in illo itinere Cyprum occupavit, eiusque dominum ac potius inhumanum et implacabilem tyrannum Isaacium Comnenum principio in vincula coniecit, et paulo post hominem nefarium inde abductum cuidam suo populari pro mancipio donavit. sed cum in Palaestinam navigaret, relicto in Cypro exercitu insulam sibi vendicavit, et navibus onerariis eo missis necessaria inde afferenda curabat. ex Palaestina discedens insulam pro sua Hierosolymitano regi donavit, ut ibi amisso regno habitaret, belli molestiis

ὑπ' ἐκείνου τῷ κυριακῷ προσκληρωθείσης μνήματι καὶ συναφθείσης τοῖς τῆς Παλαιστίνης ὁρίσμασι. καὶ ταῦτα μὲν οὑτωσί.

ΤΟΜΟΣ Γ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ

ΙΣΑΑΚΙΟΥ ΤΟΥ ΑΓΓΕΛΟΥ.

P. 268 1. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰσαάκιος ἐπὶ τρισὶ παισὶ τὴν τοῦ γέ-
V. 220 νους σαλεύων διαδοχήν, οἳ ἐκ τῶν προτέρων αὐτῷ γάμων γεγένηντο, δυσὶ μὲν θηλείαις ἑνὶ δὲ ἄρρενι, τῶν μὲν τὴν πρεσβυτέραν κατὰ τὸν χρόνον εἰς μοναχὴν ἀπέταξε, καὶ τὸν τοῦ Ἰωαννίτζη λεγόμενον οἶκον εἰς γυναικεῖον μετασκευάσας πολλοῖς ἀναλώμασι φροντιστήριον (τοῦτο δὲ καὶ ἡ βασιλὶς Ξένη ποιεῖν ἐπεβάλετο μετὰ μόρον τοῦ ταύτης ξυνεύνου καὶ βασιλέως τοῦ Κομνηνοῦ κυρίου Μανουήλ) αὐτὴν ἐκεῖσε ὡς ἀμνάδα τῷ θεῷ ἱερώσας ἐμάνδρευσε, θατέραν δὲ εἰς γυναῖκα πέπομφε γαμετὴν τῷ υἱῷ τοῦ ῥηγὸς Σικελίας τοῦ Ταγκρέ,
B ὃς ἦρξε μετὰ Γιλίελμον τὸν κατὰ Ῥωμαίων ἄραντα πόλεμον

8. γεγενημένοις A, omisso antea οἳ. 9. εἰς μοναχικὴν ἀποκείρει B. 10. ἰωαννιτζείου B. 13. τοῦ Κομνηνοῦ κυρίου om A. 14. ἐνεμάνδρευσε καὶ ἀπέταξε A. 16. τὸν ῥωμαίοις ἐπιστρατεύσαντα A.

liberatus, et Cypro imperaret ut a se Dominico sepulcro attributae et cum Palaestinae finibus coniunctae. sed haec hactenus.

IMPERII

ISAACII ANGELI

LIBER TERTIUS.

1. Isaacius autem imperator tribus ex priore coniuge liberis susceptis, filiabus duabus et uno filio, filiam natu maiorem monacham fecit, Iohannizae aedibus magnis impensis in muliebre monasterium mutatis (quod et Xene imperatrix post Manuelis mariti obitum instituerat), et deo veluti agnam consecravit; alteram Siciliae regis Tangris filio uxorem misit, qui post Gilielmum regnavit, quem Romanos terra marique oppugnasse supra narravimus. filium vero

ἐξ ἠπείρου τε καὶ θαλάσσης, ὡς φθάσαντες ἱστορήκειμεν. τὸν δὲ υἱὸν Ἀλέξιον τῆς βασιλείας κληρονόμον ἀνέτρεφε, κἂν οὐδέπω τὸ τοῦ βίου φανταζόμενος πέρας ἢ ἔκπτωσιν τῆς δυναστείας ὑφορώμενος δύο καὶ τριάκοντα χρόνους ἄρξειν ἀδιστάκτως ἐχρησμολόγει, ὥσπερ τὸ θεῖον προειδὼς βούλημα ἢ τοὺς ὅρους πήσσων ἑαυτῷ τῆς ζωῆς, οὓς ὁ θεὸς ἔθετο παρὰ τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.

Οὐ μόνον δὲ ὁ Βρανᾶς Ἀλέξιος καὶ ὁ Λυδὸς Θεόδωρος κατὰ τοῦ βασιλέως τούτου πτερνισμὸν ἐμεγάλυναν, ἀλλά γε καὶ ἕτεροι βασιλείας ἑαυτοῖς περιτεθείκασιν ὄνομα. αὐτίκα P. 269 γάρ τις Ἀλέξιος, ἑαυτὸν λέγων εἶναι υἱὸν τοῦ τῶν Ῥωμαίων αὐταρχήσαντος Κομνηνοῦ Μανουήλ, τοσοῦτον ἀρίστως τὸν ἀγωνιστὴν ὑπέδυ τοῦ δράματος καὶ τὸ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου προσωπεῖον εὐφυῶς ὑπεκρίνατο, ὡς καὶ κόμην διευθετίζειν κατὰ τὴν ἐκείνου ὑποξανθίζουσαν καὶ τὸν τῆς γλώττης τοῦ παιδὸς καὶ βασιλέως σχηματίζεσθαι ψελλισμόν. ἐκ τῆς V. 221 Κωνσταντίνου μὲν οὖν ὥρμητο ὁ μεῖραξ, εἰς δὲ τὰς κατὰ Μαίανδρον πόλεις πρώτως ὀφθεὶς κατέλυσεν εἰς πολίχνιον λεγόμενον Ἅρμαλα, κἀκεῖσε Λατίνῳ τινὶ ἐπιξενωθεὶς καὶ ὅστις εἴη ἀπηγγελκὼς (ἔλεγε δὲ ὡς μικρὸν εἰρήκειμεν ἄνωθεν, καὶ ἐκδοθῆναι μὲν εἰς τὸ κατὰ βυθοῦ θαλάσσης ἀκοντισθῆναι παρ' Ἀνδρονίκου, οἰκτειρηθῆναι δὲ παρὰ τῶν τὸ ἔργον τοῦτο B ἐπιταχθέντων ὡς πατρῴων αὐτῷ ὁμοτῶν) σύναμά οἱ πρὸς τὸ

3. τὸ om A. 6. ὁ om A. 9. ἀλλὰ καὶ ἕτεροι ὡσαύτως β. A. 12. Κομνηνοῦ om A. 15. καὶ τὴν γλῶτταν τζευδίζειν B. 20. ὡς φθάσαντες εἰρ. A. 21. ἀκοντισθῆναι om A. 22. τὸ ἔργον om A. 23. ὡς πατρῴων] καθότι ὅρκον εἶχον εἰς τὸν πατέρα μου B.

Alexium in spem imperii educabat, nihil de morte aut iactura potestatis adhuc cogitans. pollicebatur enim sibi absque omni dubitatione XXXII annos imperii, non secus ac si divinam voluntatem nosset aut sibi vitae limites ipse praescribere posset, quod deus potentiae suae reservavit.

Caeterum non Branas Alexius et Lydus Theodorus duntaxat insignia imperii contra hunc usurparunt, sed et alii eius fastigii titulos sibi vendicarunt, ut et Alexius quidam, qui cum se Manuelis imperatoris filium profiteretur, eam fabulam tanta solertia egit, eam personam tanta dexteritate repraesentavit, ut et comam eius flavescentem et linguae balbutiem exprimeret. natus erat is adolescens Cpoli, et primum in Maeandriis urbibus conspectus in oppidulum Armala se contulit, et Latino cuidam, in cuius aedibus diversabatur, quis esset aperuit. aiebat (id quod supra exposuimus) se quidem iussu Andronici in fundum maris abiiciendum fuisse, sed mi-

Ἰκόνιον ἄπεισι, καὶ τῷ γέροντι ὀφθεὶς σουλτὰν (οὔπω γὰρ
αὐτὸν καθῄρηκε τῆς ἀρχῆς ὁ ἐκείνου παῖς ὁ Κοπατῖνος) ὡς
υἱὸς ἀληθινὸς τοῦ αὐτοκράτορος Μανουήλ, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐπείσ-
ακτος καὶ πλάνος ἐκείνῳ προσδιελέγετο. πολλάκις δὲ καὶ
ἐπέπληττε, καὶ τῶν ἐκ τοῦ δῆθεν πατρὸς ἐκείνῳ τοῦ Μανουὴλ
ἐπ' αὐτῷ γεγενημένων ἀναμιμνήσκων εὐποιιῶν ἀχάριστον περὶ
τὸν εὐεργέτην ἐκάλει, καὶ τὸ ἀφιλάνθρωπον ἐπωνείδιζεν, εἰ
οὕτως ἀτυχοῦντι φίλου παιδὶ οὐκ ἐπικάμπτεται. ὁ δὲ τοῦτο
μὲν ὑπὸ τῆς ἀναιδείας τοῦτο δ' ἐκ τῶν τοῦ χαρακτῆρος ἰνδαλ-
C μάτων τιμῶν αὐτὸν ἐναγόμενος δώροις τε οὐκ ὀλίγοις ἥδυνε
καὶ ἀγαθαῖς ἐλπίσιν ὑπέσαινεν. ἦν δ' ὅτε καὶ πρεσβευτὴν Ῥω-
μαίων ἑστῶτα καὶ ἀκροώμενον ὅπως ἑαυτὸν τῇ ἐξόχῳ εὐγε-
νείᾳ ἐσέμνυνεν, ἤρετο ὁ σουλτὰν εἰ ἐπίσταται τοῦτον τοῦ αὐ-
τοκράτορος υἱὸν Μανουήλ. τοῦ δὲ μηδέν τι φήσαντος ἕτε-
ρον ἀλλ' ὅτι δὴ ἐκεῖνος ἀπώλετο ἀληθῶς φανεὶς ὑδατόκλυ-
στος καὶ οὗτος μάτην περὶ ἑαυτοῦ τὰ μὴ πιστεύεσθαι πεφυ-
κότα ξυντίθησι τῇ τοῦ κειμένου κλήσει ἐποχούμενος, βράτ-
των ἀτεχνῶς θυμῷ καὶ ζέων ἀκριβῶς τῷ χόλῳ ὁ μεῖραξ
Ἀλέξιος μικροῦ ἂν τοῦ πώγωνος ἐπελάβετο τοῦ πρεσβεύοντος,
εἰ μὴ αὐτὸς ὁ πρέσβις διακινηθεὶς ἐς ὀργὴν ἀπεκρούσατο
γενναίως μάλα τὸν Ψευδαλέξιον, καὶ ὁ σουλτὰν δέ οἱ ὡς
D ἄτοπα δρῶντι ἐμβριμησάμενος ἀτρεμεῖν ἐκέλευσε. τῇ συχνῇ

2. ὁ alterum om A. 3. ἀληθὴς A. 5. τὰς — γεγεγημένας καταλέγων εὐποιίας A. 8. ἀτυχοῦντα τὸ φίλου τέκνον A. 9. ὑπὸ] ἀπὸ A. ἐκ] ἀπὸ A. 10. τιμᾶν] ἐλεεῖν A. 15. ἀληθῶς ἀπόλωλε A. 17. τῇ — κλήσει] τῷ — ὀνόματι A.

sericordia ministrorum, qui patri suo iureiurando obstricti fuissent, esse conservatum. et cum hospite suo Iconium profectus senem Sultanum (nondum enim a filio Copatino regno pulsus erat) adit, et ut verus filius Manuelis, non ut impostor et erro, alloquitur. saepe etiam paterna beneficia exprobrando, immemorem et ingratum vocat; et inhumanitatem ei obiicit, quod calamitate amici filii nihil moveretur. is vero cum impudentia hominis victus, tum ex lineamentis corporis, apparente patris in eo similitudine, misericordia motus eum et muneribus non paucis exhilarat et spe bona fovet. cum autem aliquando, legato Romano astante et audiente, excellentem suam nobilitatem iactaret, Sultanus legatum interrogat an istum Manuelis imperatoris filium esse norit. qui ubi nihil aliud respondit nisi illum omnino submersum esse et istum res incredibiles sub falso defuncti nomine comminisci, adolescens Alexius ira percitus et bile exaestuans parum abfuit quin in legati barbam involaret, nisi is et ipse commotus impetum Pseudalexii fortiter propulsasset et Sultanus intemperias eius verbis castigasset. qui etsi nihilominus cre-

δ' ὅμως τοῦ νεανίου ἐκλιπαρήσει ὁ Περσάρχης καθυπενδοὺς οὐδὲ τότε μὲν τὰ τῶν αἰτήσεων ὑπέρογκα ἐτερμάτωσε, συνεχώρησε δ' οὖν ὅμως διὰ σουλτανικοῦ γράμματος, ὅ φασιν οἱ Τοῦρκοι μουσούριον, ὅσους ἂν σχοίη τῶν ὑπὸ τὴν ἐκείνου ἀρχὴν ὑποποιήσασθαι ἀδεῶς. ὁ δὲ ἀναχωρήσας ἐκεῖθεν, καὶ τὸ γράμμα τοῖς Τούρκοις καθυποδείξας, τὸν ἀμηρᾶν ἐφέλκεται Ἀρσανῆν καὶ ἑτέρους οὐκ ὀλίγους οἳ ληστεύειν τὰ Ῥωμαίων εἰώθασιν, ὡς ἐν βραχεῖ καιρῷ χιλιάδας ὀκτὼ στρατεύματος ἐφεπομένας ἐκείνῳ λαχεῖν· ὅθεν τὰς κατὰ Μαίανδρον ἐπιὼν πόλεις ἃς μὲν ὁμολογίᾳ χειρούμενος ἦν, τινὰς δὲ καὶ ἀνθισταμένας παντοίως διέφθειρε. μάλιστα δὲ τὰς ἅλωνας ἐλυμαίνετο, ὅθεν καὶ καυσαλώνης ἐπεκέκλητο. κατὰ δὲ P. 270 τούτου τοῦ μείρακος πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι πολεμησείοντες ἀπεστάλησαν, οὐδεὶς δ' ἐργάσασθαί τι ἔσχε νεανικόν, ἀλλ' ὑπενόστουν ἄπρακτοι, δεδιότες μὴ καταπροδοθεῖεν ὑπὸ τῶν συνόντων ἐκείνοις Ῥωμαίων, οἷα μάλιστα ῥεπόντων εἰς τὸν καθιστάμενον ἄρτι βασιλέως παῖδα καὶ βασιλέα ἢ ἄρχειν αἱρουμένων τὸν βασιλεύοντα Ἰσαάκιον. οὐ γὰρ τοῖς πολλοῖς ἤδη καὶ ἀγροτέροις ἠσπάζετο καὶ ἦν διὰ στόματος καὶ ὀνόματος καὶ θεώμενος ἐδόκει ἐπέραστος, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ τὴν βασίλειον αὐλὴν διατρίβουσι, καὶ εἰδόσι μάλα ἐπισταμένως ὡς Ἀλέξιος ὁ τοῦ βασιλέως παῖς Μανουὴλ πάλαι τὸν βίον ἀπολέλοιπε τὸν ἀνθρώπινον, εἰς θαῦμα ἐτίθετο, γινώσκουσι μὲν τὰ ὄντα, τὰ

3. ὅμως om A. 13. πολεμήσοντες B. 14. εἰργάσατό τι ν. A. 16. ἐκείνῳ A. μᾶλλον? 18. τοῖς πολλοῖς] τοῖς χυδαίοις μόνον καὶ A.

bris adolescentis flagitationibus victus, tamen ne tum quidem immensae eius petitioni reliquit locum, sed per Sultanicas duntaxat litteras, quas Turci Musurium vocant, ei concessit ut impune quotcunque Turcas posset sibi conciliaret. ille igitur inde digressus ac litteris illis apud Turcos ostensis, ameram Arsanem aliosque non paucos Romanas provincias praedari solitos contraxit, ut brevi tempore cum VIII millibus incederet, ac Maeandrias urbes partim deditione occuparet, partim resistentes quovis modo vexaret. areas tamen, in quibus frumentum trituratur in primis perdidit; unde Usthalonae cognomentum tulit. ad hunc adolescentem opprimendum multi alii quoque duces missi sunt: verum omnes nullo memorabili facinore edito infecta re discedere cogebantur metu suorum militum, qui ad illum imperatoris filium et novitium imperatorem propensiores erant quam ad obtemperandum Isaacio. neque enim vulgo et imperitae plebi duntaxat carus atque in ore erat et amabilis videbatur: sed aulicis etiam, qui compertum habebant Alexium Manuelis filium iam

B δέ γε καθ' ἡδονὴν σφισιν εἰκάζουσι. σὺν ἑτέροις δὲ καὶ ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφὸς Ἀλέξιος ἔξεισιν, ὃς καὶ ὕστερον ἐβασίλευσεν. πλὴν καὶ οὗτος κατ' οὐδεμίαν μάχην συνεπλάκη τῷ Ἀλεξίῳ, ἀλλ' ὡς πλεῖστον ἀποσκηνούμενος ἐπισυνίστη μόνον τὸ λεῖπον τῆς παροικίας, ὁπόσον γε ἐκείνῳ μὴ προσεχώρησε, καὶ συνεῖχε τὸ διαρρέον καὶ μεταβαῖνον εἰς τὸν ἀναβεβιωκότα V.222 τοῦτον Ἀλέξιον. ἀλλ' ἔτι τῶν πραγμάτων οὕτως ὄντων ᾐωρημένων, καὶ τοῦ μὲν ἀεὶ ἐμπλατυνομένου τε καὶ κρατυνομένου, τοῦ δὲ σεβαστοκράτορος ἔτι περὶ συλλογὴν ἐκπονουμένου στρατεύματος, λύει θεὸς τὴν ἐμφύλιον μάχην καινοπρεπῶς, καὶ ὡς αὐτὸς ἐπίσταται μόνος, ἐν ἀκαρεῖ· τὸν γὰρ Ἀλέξιον αὖθις ὑποστρέψαντα πρὸς τὰ Ἄρμαλα εἰς τὴν Πίσσαν τὸ φρούριον, καὶ μετὰ πότον ὑπνώττοντα, ἀποσφάττει C τις τῶν ἱερέων, τὴν αὐτοῦ παρακειμένην σπασάμενος μάχαιραν. οὗ τὴν κεφαλὴν ἀποκομισθεῖσάν οἱ ἀθρήσας ὁ σεβαστοκράτωρ Ἀλέξιος, καὶ τῆς ξανθῆς ἀναλαμβάνων κόμης πολλάκις διὰ τοῦ ἱππείου μύωπος, „οὐ πάντῃ" ἔφασκεν „ἀμαθῶς αἱ πόλεις τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ ἐπηκολούθησαν." ἀλλὰ τότε μὲν οὗτος τοιαύτην ἔτισε δίκην καὶ ὧν μὲν ἐπλημμέλησεν ἑτέρως, Πέρσας μὲν ὁπλίσας κατὰ Ῥωμαίων, τούτων δ' αὖ ὁπόσον αὐτῷ προσερρύη καθ' ὁμοφύλου ἀγριάνας αἵματος, καὶ ὧν δὲ παρῴνησεν ὁ ἐπάρατος εἰς τὸν ἐν ταῖς ἐμαῖς Χώναις περιώνυμον νεὼν τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν θείων καὶ

7. οὕτως om A. 9. ἐμπονουμένου A. 10. λύει ὁ πανάγαθος καὶ τῆς εἰρήνης θεὸς B. 12. πρὸς τὰ Ἄρμαλα om A, εἰς τὴν π. τὸ φρούριον om B. 13. μετὰ πότον πολὺν κοιμηθέντα B. 14. αὐτῷ A. 17. πολλάκις om A. 23. ναὸν A.

olim rebus humanis exemptum esse, admirationi erat, non quod verum ignorarent, sed quia libenter id amplectebantur quod cupiebant. tandem etiam imperatoris frater Alexius, qui post imperio potitus est, nullam cum eo pugnam commisit, sed castris longissime positis nihil egit aliud nisi ut loca nondum ab eo occupata in officio contineret, ne ad redivivum illum Alexium deficerent. caeterum dubiis adhuc rebus, dum et seditiosi opes augentur et sebastocrator colligendo exercitu occupatur, deus civile bellum nova ratione, quam ipse solus novit, uno momento dissolvit. nam cum Pseudalexius Harmala reversus post largiorem compotationem dormiret, a sacerdote quodam suo gladio iugulatur. cuius caput sebastocrator contemplatus, et flavis crinibus equestri flagello discussis, „non omnino sine causa" inquit „urbes hunc hominem secutae sunt." ac is quidem suorum scelerum has poenas dedit, tum quod Persas contra Romanos incitavit, et ex his ipsis quotquot ad eum confluxerant, populari-

αὔλων τάξεων Μιχαήλ· ἐμίανε γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ πανάγιον σκήνωμα εἰσελθὼν μετὰ Περσῶν, καὶ ἠνείχετο καθορῶν ὁ D ἐπάρατος τὰ διὰ ψηφίδων ποικιλοχρόων τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἔκτυπα ἀχρειούμενα, καὶ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον ἀνάσταθμον πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ καταρασσόμενον, καὶ τὴν παναγῆ καὶ θυωρὸν βεβηλουμένην καὶ βαλλομένην ἔραζε τράπεζαν.

2. Οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις καὶ ἕτερός τις τὴν αὐτὴν κλῆσιν καὶ βασιλέα τὸν αὐτὸν γεννήτορα ψευδωνύμως ὑπεισιὼν κατὰ Παφλαγονίαν ἐπεφάνη. καὶ τινὲς μὲν καὶ τούτῳ ἐπαρχίαι προσκεχωρήκασι, σταλεὶς δὲ κατ' αὐτοῦ ὁ σεβαστὸς Θεόδωρος ὁ Χοῦμνος, χαρτουλάριος ὢν τῶν ἱπποστάθμων, ἥττησέ τε πόλεμον συγκροτήσας καὶ ἀπέκτεινεν συνειληφώς. ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ Χοτζᾶς Βασίλειος κατὰ τὴν ἄγχουρον Νικομηδεῦσι Ταρσίαν ἀνταρσίαν ἐμελέτησε, καὶ προέβη μὲν καὶ ἡ τούτου ἐφ' ἱκανὸν τυραννίς, συλληφθεὶς P. 271 δὲ καὶ αὐτὸς ἀμαυροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ φρουρᾷ παραδίδοται. οὐχ οὗτοι δὲ μόνον ἀλλὰ καὶ ἄλλοι ἄλλοτε πάλιν καὶ πάλιν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁσάκις εἰπεῖν, ἐπανέστησαν ἢ καὶ ὡς σπαρτοὶ ἀνεδόθησαν γίγαντες, κἂν ὡς πομφολυγώδη φυσήματα διάκενα, ὡς ἦν ἰδεῖν, ἀπέπιπτόν τε καὶ διελύοντο. ὅ τε γὰρ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος, ὁ τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου

3. ἐπάρατος] ἀλάστωρ A[1], ἀλιτήριος B. τὰς μετὰ ψηφίδων χρυσῶν ἱστορουμένας ἁγίας εἰκόνας B. 4. καὶ θεῖον om A. 5. πελέκει] μετὰ ἀξιναρίων B. καταρασσόμενα A. 20. ἀνεδόθησαν] ἐφύτρωσαν B. κἂν ὡς] καὶ ὡς φουσκαλίδες ἐν τῷ ὕδατι διελύθησαν B. 22. ὁ τοῦ προβεβασιλευκότος ἀνδρονίκου ἀνεψιὸς B.

um suorum sanguine contaminavit, tum quod homo detestandus Chonis meis celebre templum Michaelis archiducis caelestium copiarum violavit, Persis in sanctissimum dei tabernaculum introductis, nec spectare dubitavit pernicies humani generis Christi et sanctorum imagines calculis varii coloris expressas aboleri, et sacros postes securibus et celtibus revelli, et sacrosanctam mensam profanari et humi abiici.

2. Non multis diebus post alius, qui eandem appellationem eundemque patrem sibi vendicabat, in Paphlagonia extitit et quasdam provincias attraxit. sed eum sebastus Theodorus Chomnus, chartularius equitum, et praelio vicit et captum occidit. posthaec Basilius Chozas, Tarsiae, quae Nicomediae vicina est, tyrannidem occupavit; quam cum aliquandiu tenuisset, captus effossis oculis in custodiam datur. denique subinde alii atque alii, pene innumeri, non secus ac terrigenae illi fratres, regno affectato perinde atque bullae inanes evanuerunt. nam et Comnenus Isaacius, imperatoris Androni-

ἀδελφιδοῦς, τῆς φυλακῆς ἀποδρὰς καὶ τὸ μέγα τέμενος εἰσιὼν ἀνασείειν τὸν ὄχλον ὥρμησεν, συλληφθεὶς δὲ καὶ ἀπαιωρηθεὶς καὶ βαρείαις ἐτάσεσιν ὑποβληθεὶς ἐπὶ τῷ τοὺς συνίστορας ἐκφῆναι τῆς τυραννίδος τὰ ἐντὸς διεφθάρη καὶ ἀπεB βίω τὴν μετ' ἐκείνην· καὶ ὁ Ταττίκιος Κωνσταντῖνος σύστρεμμα τεκτηνάμενος καὶ πεντακοσίους ἔχων τοῦ ἔργου συλλήπτορας, καὶ ἐφ' ἱκανὸν χρόνον τῇ πόλει κρυπτόμενος καὶ λεληθώς, καταμηνυθεὶς μικρῷ ὕστερον ἑάλω καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορώρυκτο. καὶ ῥακενδύτης δέ τις, ἐκ Κομνηνῶν ἕλκων τὸ γένος, τὴν αὐτὴν τοῖς εἰρημένοις βαδίσας καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα συσχεθεὶς ἀπεστέρηται τοῦ φωτός. τῶν δὲ συχνῶν τουτωνὶ ἐπαναστάσεων ἦν μὲν αἴτιον καὶ τὸ τὸν Ἰσαάκιον τὴν βασιλείαν διακυβερνᾶν μαλακώτερον, ἀκριβῶς πεπεισμένον ὡς ἐκ θεοῦ τὸ ἄρχειν ἐδέξατο καὶ παρ' ἐκείνου μόνου ἐστὶ φρουρούμενος· πλειόνως δ' ἑπτέρου τοὺς φιλάρC χους εἰς παρρησίαν τε καὶ ἀπόστασιν τὸ τῆς βασιλείας ἀπραγμόνως ἐπιλαβέσθαι τὸν αὐτοκράτορα, καὶ ὡς εἰ θελήσουσι βασιλεύσουσιν, οἱ πλείους φρεναπατώμενοι ἄτερ ὅπλων τοῖς κατ' ἔφεσιν πλειστάκις ἐπέβαλον, ἐκείνην ἀτραπιτὸν στείβοντες ἣν ἀνέῳξεν ἐς λεωφόρον ἄντικρυς Ἰσαάκιος, ἑσπέρας τὸν Ἁγιοχριστοφορίτην ἀπεκτονὼς καὶ τῷ μεγίστῳ νεῷ προσρυεὶς καὶ βασιλεύσας ἐς νέωτα, κακῶς κρίνοντες καὶ διὰ τοῦτο καV. 223 κῶς πάσχοντες καὶ ἀντὶ πορφυρίδος διπλοΐδα αἰσχύνης ἐνδι-

2. ἀπαιωρηθεὶς] κρατηθεὶς καὶ μετὰ πολλῶν μαστίγων ἐταζόμενος B. 4. τὰ ἐντὸς] τὰ ἔντερα αὐτοῦ ἔσπασαν B. 9. ῥακενδύτης] ῥάσα φορῶν B. 13. μαλθακώτερον A. 19. πολλάκις A. 22. καὶ βασιλεύσας] καὶ τῷ πρωῒ βασιλεὺς εὑρεθεὶς B.

ci ex fratre nepos, custodia elapsus et magnum templum ingressus plebem concitare instituit. sed comprehensus, et graviter excruciatus ut conscios nominaret, intestinis corruptis postridie interiit. est et Constantinus Tatticius, homo factiosus, qui clam in urbe D sicarios diu aluerat, delatus, et paulo post captus oculos amisit. ob idem crimen Racendyta quidam Comnenii generis statim comprehensus easdem poenas luit. frequentium illarum seditionum causa erat, cum quod Isaacius imperium segniter administrabat, plane persuasus se id et accepisse divinitus et a solo deo custodiri, tum quod homines ambitiosi videbant quanta facilitate rerum potitus esset. unde plerique insano consilio, modo vellent, se imperium citra dimicationem armorum occupaturos putabant, eam ingressi viam quam suo exemplo demonstrarat Isaacius, qui cum pridie occiso Hagiochristophorita supplex in templum confugisset, postridie regnare coepisset, perverso utique iudicio propterea que adverso eventu. non enim pur-

δυσκόμενοι, ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πορφύρεον θάνατον ὑφιστάμενοι. οὐ γὰρ τὸ θεῖον φιλεῖ διὰ τῆς αὐτῆς ὡσαύτως κινήσεως ἢ ἐφορμήσεως τὰ κατὰ τὸν βίοτον μεθιστᾶν καὶ διακυβερνᾶν πράγματα, ἀλλὰ τὸ ποικίλον παριστῶν τῆς τοῦ παντὸς τοῦδε D διεξαγωγῆς τε καὶ διοικήσεως ἄλλοτε ἄλλως τὰς ἐξουσίας μεθαρμόζει καὶ μετατίθησι τὰς ἀρχάς, μηδὲ τὸ λεπτότατον ἐῶν τῆς ἑαυτοῦ χειρὸς ἔξωθεν. καὶ Φαραὼ μὲν αὐτοῖς στρατιώταις τῷ ἁλίῳ βυθῷ παραδίδωσιν· ἄλλον ἀπολαιμίζει μαχαίρᾳ διὰ γυναικός, καὶ ταύτης καλλιπαρῄου καὶ λευκωλένου· ἕτερον χερσὶ τῶν πολεμίων παραδοὺς τῶν τῇδε μεθίστησιν. ἔστι δ' ὃς τὰς φρένας παρακοπεὶς καὶ λογισθεὶς ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας καὶ εἰς τέλος ἐπιλησθεὶς τῶν ἀρχείων μετ' ἐπιχαρμάτων ἐκκομίζεται καὶ ταφῇ παραπέμπεται, κἀκεῖθεν λεπτὸν ὑπηχῶν καὶ ποθῶν τὴν ἡμέραν, οὐ τῆς ἀρχῆς ἀντεχόμενος, ἐᾶται καὶ οὕτω φθινύθειν, καὶ ὡς ἀνδρῶν χείριστος καλῶς ἀφίεται ἴεσθαι κακῶς τὴν ἐς θάνατον. πολλοὶ δὲ μαλακῷ δαμέντες θανάτῳ πρὸς τὰ ἐκεῖθεν ὡς μύσαντες ἐν ὕπνῳ μετέβησαν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τοῦ ἵππου χρεμετίσαντος τῆς βασιλείας ἐπέβησαν. ἄλλος ἐξ ἀρότρου καὶ αὔλακος τὴν P. 272 τήβενναν ἠμφιέσατο, καὶ μειρακίσκος προβατεὺς ἐξόπισθεν ληφθεὶς τῶν λοχευομένων θεόχριστος ὤφθη βασιλεύς. καὶ τί ἄν τις διεξίῃ τὰ πάντα ἢ τὰ πλείονα, ὁπόσα ἡ πολύτροπος πρόνοια ποιεῖ καὶ μετασκευάζει κατὰ τὸ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων χρήσιμον;

3. βίον A. 7. στρατιώταις] τριστάταις A. 14. οὐ τῆς ἀρχῆς] μὴ δὲ βασιλείαν ζητῶν B. sed A ὁ, non οὐ. 16. κακῶς om A. πολλοὶ] ἕτεροι διὰ φαρμάκων ὑπνώσαντες οὐκ ἀνέστησαν B. 20. ἠμφιάσατο A. 22. διεξήει A. 23. ἑκάστου A.

purpuram sed duplicem ignominiam consequebantur, aliqui etiam occidebantur. non enim solet deus eadem subinde ratione res humanas gubernare, sed ad varietatem administrationis universi declarandam regna et principatus aliter atque aliter transferre, ne minutissimis quidem rebus a sua cura exclusis. Pharaonem cum equitatu in fundo maris demersit, alium per formosam mulierem iugulat, alium ab hostibus occidi sinit. est et qui ex mentis errore pro mortuo habitus atque oblivioni traditus palatio cum derisu effertur et sepelitur; unde obscura voce clamans et lucem desiderans, non imperium expetens, nihilominus ut vir pessimus recte pessum ire et interire sinitur. multi leni morte extincti velut oculis somno clausis hinc demigrant. sunt qui per hinnitum equi ad regnum ascenderint. alius ab aratro et sulco ad purpuram est vocatus, alius adolescens opilio divinitus in regem ungitur.

Choniates nimium solicitus, ut apparet, ne quis error ex propriis nominibus existat, epitheta supervacanea adiicit. Irenen esse imperatricem et Iohannis matrem satis intelleximus, neque periculum est ne nunc alia Irene intelligatur. quare has et similes *περισσολογίας* omittere non dubitavi. idem etiam feci in supervacanea propriorum nominum repetitione aut pro relativis pronominibus collocatione molesta et odiosa.

P. 10, 24. *καὶ βαλοῦσα ἑαυτὴν τῷ σώματι*] pro *ἐπικειμένη τῷ σώματι τοῦ ἀνδρός.*

P. 11, 1. *ὡς κρήνη μελάνυδρος*] *ut fons nigrae aquae.* aptior fuisset Choniates scribendo poemati quam historiae, propter Homeri diligentem imitationem. haec epitheta et *εἰκόνες* quam historiam deceant nescio. *εἰκόνας* omittere vix ausim, nisi nimium frequentes et licentes fuerint. epitheta vero non ubique mihi interpretanda esse duxi. cuius rei lectorem semel admonitum etiam deinceps meminisse velim, ne quod iudicio factum est, inscitiae aut negligentiae tribuat.

P. 12, 1. αἱ πύλαι τοίνυν] videntur hic quaedam deesse. et Zonaras in Alexii Comneni vita scribit Barangos nonnisi iureiurando firmata fide de Alexii obitu ingressum palatii concessisse. quae de ratione aperiendae portae scribit, me non satis intelligere fateor. illud etiam obiter notandum, ut Latini fores, sic Graecos πύλας plurali numero fere usurpare.

P. 12, 6. διαρπάζειν τὸ προστυχὸν] eam consuetudinem Romae esse ferunt pontifice mortuo.

P. 12, 13. τοῖς τέσσαρσι] sc. μησί.

P. 13, 11. Σεβαστοκράτορος] hunc Augustimperatorem fortassis dicere liceret. malui tamen retinere Graecum, ut et in aliis. πρωτοβεστιάριος a thesauris fuisse videtur: nam vetustus codex Augustanae bibliothecae, ubi reliqui habent βασιλικὸν ταμιεῖον ἢ χρυσῶνα, ponit βεστιάριον. παρακοιμώμενον vel cubicularium vel accubitorem vertere possis. si paracoemomenon dicas, nescio quomodo aures τὸ κακόφωνον aversantur.

P. 14, 12. προκοίτων] cubicularium verti, generali vocabulo, propter κακοφωνίαν Procoeti. significat eum qui vel ante cubiculum vel ante cubile ministrat. Byzantini palatii dignitates et ministeria omnia non satis intelligi, etiam is fatetur qui τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου descripsit; quem libellum una cum aliis ad Graecam historiam intelligendam utilibus nobilis et ingeniosus adolescens Raphael Saylerus aliquando, uti spero, in lucem dabit.

P. 14, 15. ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου, καὶ τούτῳ ἀπονέμειν] hunc honorem omnibus Turcis a Christiano quolibet necessario habendum esse scribit Bartholomaeus Georgievicius.

P. 15, 8. τῆς τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας] *philosophiae omnibus scientiis insidentis*, id est complectentis aut certe superantis omnes scientias, omnium artium principis et reginae. eruditionis huius Annae meminit etiam Zonaras; et Wilhelmus Xylander, doctissimus iuvenis, in Augustanae rei publicae Graeca bibliotheca viginti libros de rebus gestis Alexii Comneni huius Annae nomine extare mihi dixit, sive illi ab ipsa sive iussu eius scripti sunt. nam regibus et principibus non difficile est esse disertis, qui quod per alios fecerint, per se fecisse videntur, ut Iurisconsulti statuunt.

P. 15, 9. ἐδείκνυτο μέλημα] i. e. ἐπεμελεῖτο, studiosis-
P. 420 sima erat, studium prae se ferebat. nisi quis passive accipere malit, *alumna erat philosophiae*, sensu eodem recidente.

P. 15, 20. τὰ πολλὰ *plerunque* significat. malim hic πολλὰ sine articulo.

P. 15, 21. αὐτῇ μὲν ἐνδιασχ. *quod sibi membrum introvertisset et excavasset, Bryennio vero extendisset et ro-*

tundasset. nimium videtur hic *φυσικῶς* et parum *ἠθικῶς* philosophari nostra philosopha: alioqui et ambitioni et linguae suae imperasset.

P. 18, 8. *βαφὴν σιδήρου*] utrum intelligat, cum ferrum candens aqua extinguitur, an iniunctionem aliquam aut colorem, non satis scio.

P. 22, 10. *πέλυξιν ἑτεροστόμοις*] Suidas: *ἑτερόστομος φάλαγξ καλεῖται, ἥ τις πορεύεται τὸ μὲν ἡγούμενον ἥμισυ ἔχουσα ἐν εὐωνύμῳ παραγωγῇ, τουτέστι τοὺς ἡγεμόνας ἐξ εὐωνύμου, τοῦ δὲ ἡμίσεος τοὺς ἡγεμόνας ἐν δεξιᾷ παραγωγῇ.* quid autem sit *ἑτερόστομος πέλυξ*, nusquam invenio. *τὸ ἕτερος* in compositione plerunque significat alterum duntaxat ex duobus, ut *ἑτερόφθαλμος* coclitem. ego vocem non intellectam iis interpretandam relinquo qui armaturam et vestitum veterem atque exoticum intelligunt; in quo genere philosophari mihi adeo non licuit, imo neque libuit, ut nostratia vix assequar.

P. 22, 22. *συνειλεγμένας*] rectius legitur *συνειλημμένας*, id quod alter codex habet.

P. 25, 3. *ἀγκοινήσει*] aliquando scribitur *ἀγκωνίσει*. haud scio an *παρὰ τὸν ἀγκῶνα* fiat *καὶ τὸ ἀγκωνίζεσθαι*, a gestu equitum hastas in hostem dirigentium, an *παρὰ τὸ ἀνακινεῖν*.

P. 25, 15. *ἀγυρτίᾳ*] magnum Etymologicum *ἀγύρτην παρὰ τὸ ἀγείρειν* deducit, *τὸ περιιέναι καὶ περινοστεῖν· ἐπὶ νίκῃ ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ*, et interpretatur non tantum *ἀλαζόνα, ψεύστην, λωποδύτην, ἐπαίτην, ἀπατεῶνα*, sed etiam *φιλοκερδῆ*; quanquam reliquae etiam virtutes fere in id genus hominum quaestui deditum cadunt, qui tum demum non fallunt quum fallere sine detrimento suo nequeunt, ut recte Lucani versus ad eos quoque detorqueri queant.

nulla fides pietasque viris qui lucra sequuntur,
vaenalesque manus: ibi fas, ubi maxima merces.

et Ovidius in Fastis mercatorem vota Mercurio facientem inducit, ut cum maximo emolumento sine fraude sua peierare liceat. quos versiculos, quia elegantes sunt et contagium hoc in omnes fere ordines serpsit, ascribere libet.

et peragit solita fallere voce preces. V. 344
ablue praeteriti periuria temporis, inquit,
ablue praeterita perfida verba fide.
sive ego te feci testem, falsove citavi
non audituri numina vana Iovis,
sive deum prudens altum divamve fefelli,
abstulerint celeres improba verba Noti;
et pereant veniente die periuria nobis,
nec curent superi, si qua locutus ero.

da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro,
et face ut emptori verba dedisse iuvet.
talia Mercurius poscentes ridet ab alto,
se memor Ortygias surripuisse boves.

P. 421 *P.* 34, 13. αἱ μηχαναί] utrum bombardas eo tempore habuerunt Graeci, an aliud machinarum genus id fuit?

P. 34, 21. συώδη ὁρμήν] porcorum aut aprorum potius more. σῦς enim et κάπρον et χοῖρον significat.

P. 35, 2. Ῥωμαίων παλίγγλωσσοι χλευασμοί] ambiguum est utrum dicat Anabarzaeos subinde irrisisse Romanos, an a Romanis vicissim subsannatos esse.

P. 35, 4. πετρόβολα ὄργανα] fortasse balistas maiores sic appellat.

P. 36, 6. καὶ λίζιον ἑαυτῷ] vetustus Augustanae reipublicae codex hic alium ordinem habet, transpositis utique paginis aliquot. pro δείξας habet ἑαυτοῦ ποιήσας. vox pro λίζιον posita ob evanidos characteres legi non potest. λίζιος quid sit, ipse auctor alio loco declarat.

P. 41, 15. μικροῦ ποδηνέμοις ὀχήμασι] *equis velocissimis provecti.* ὄχημα huic auctori subinde non vehiculum sed equum significat, ut alter codex ἄλογον quoque crebro pro equo ponit.

P. 41, 21. *Ameras* Turcarum reges aut principes dici affirmat Cuspinianus. reperitur hoc vocabulum apud Zonaram quoque saepius, sed eius significatio non explicatur.

P. 46, 4. ἀναιδέστατοι] nisi praecessisset ἀνδρισταί, pro ἀναιδέστατοι malim legere ἀνδρειότατοι: nam ἀναιδέστατοι non placet. vetustus codex pro ἀναιδέστατοι vocem habet quae legi non potest.

P. 46, 24. ὀχημάτων] ἀλόγων B. hinc coniicias, lector, non de vehiculis aut curribus eum loqui, sed de equis.

P. 47, 17. αἱ δὲ τοῦ ἦρος περιτροπαί] κατὰ τὸν μάϊον μῆνα. alius codex habebat αἱ τοῦ ἦρος τροπαί, quod ego vernum aequinoctium interpretatus eram; quod est, cum sol mense Martio primum punctum Arietis ingreditur. tum enim
P. 422 fit ab hiberno frigore ad veris temperiem conversio, quanquam nos Germani etiam sub Calendas Maias aliquando non multo minus frigemus quam alii mense Februario.

P. 51, 19. ἀφιλοσόφητον] puto hic dici potius quod philosophiae consolationes vincat, quam cuius ratio reddi nequeat. litterarum et philosophiae expers, aut ineruditum, sententia non patitur. quare luctuosum aut funestum interpretandum censui.

P. 54, 10. κάττυμα] hic non puto pro soleis usurpari, sed pro cute pedi detracta.

P. 57, 13. τὰς ἠπείρους] Asiam et Europam intelligo.

legitur et apud Isocratem semel atque iterum ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἠπείρου.

P. 63, 14. ἄγων σχολὴν τῶν ἐκτὸς] scilicet ἀνθρώπων, per otium, si nemo externus adesset.

P. 66, 11. ἡ τάξις] hanc veram lectionem esse arbitror. . alter codex habebat πρᾶξις: unde putabam legendum ὡς ἐπαινετέα ἡ πρᾶξις τῇ προνοίᾳ ὑφ' ἧς, et sic converteram: *atque id facinus divinae vindictae, gubernatrici rerum universitatis, commendans* etc. sed hoc vult Isaacius, laudandum esse ordinem quo non tantum imperia sed etiam mundi huius universitas gubernetur. vetustus codex habet καὶ ἄτακτα βοῶν, ὦ ἄνθρωποι, ὡς κατελύθη ἡ τάξις! ὡς νεουργοῦνται ἕτερα πράγματα! *immodeste vociferans: o cives, ut ordo est eversus! ut novae res instituuntur!* V. 345

P. 67, 1. τυποῦν αὐτοῖς] χορηγοῦν ἢ τάττον. unde supra τύπος βασιλικὸς idem quod διάταγμα.

P. 70, 18. δυσξύμβλητος τοῖς πολλοῖς *difficilis aditu*, παρὰ τῶν πολλῶν μισητὸς *vulgo invisus*. quod paulo gravius est; etsi morositatem odium plerunque, ut umbra corpus, sequitur. P. 423

P. 74, 8. περὶ οὗ δηλώσωμεν] περὶ οὗ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέξαμεν sive λέξομεν. scriptura enim parum perspicua est. fortassis τὸ ἔμπροσθεν pro eo ponit quod ante nos est, i. e. ad quod nondum pervenimus. barbaries enim non modo nova vocabula gignit, sed etiam veterum significationes mutat.

P. 75, 5. alter codex pro πλευστικῶν habet προσπλεόντων. verbum στρατειῶν redundare arbitror. neque enim militare est pendere sed extorquere tributum, et προσπλέοντας mercatores intelligo.

P. 74, 18. τοῖς τότε iis qui tum erant, illius aetatis hominibus. est περισσολογία Graeca, quae citra molestiam Latine vix exprimi potest, neque debet.

P. 75, 11. εὐάγκαλον] quod ulnis facile comprehenditur et tenetur, et proinde non iusto maius.

P. 76, 2. pro εἰ δὲ malim legere εἴ γε, nisi aliquid forte ante εἰ δὲ deest. et certe parum apte cohaeret oratio, quamvis utcunque sententia haec inde colligatur, qui malo aut occasionem praebuerit aut non obstiterit, mali auctorem habendum esse. ego pro τὸν ἀμύσαντα legi τὸν μὴ ἀμήσαντα, ab ἀμάω, non ab ἀμύω, addita negatione. est et illud ambiguum, utrum hic Puzenus an Iohannes imperator magis accusetur, an vero utriusque reprehensio coniungatur.

P. 76, 21. quid γνίφων sit, nusquam reperio; nec alibi hoc vocabulum me legere memini. γριπίζειν est piscari.

δυσγρίπιστος fortassis homo occulti animi aut occultator rerum suarum, cautus admodum, qui facile deprehendi non potest.

P. 77, 5. quis piscis sit σύαξ, non reperio. videtur a similitudine suis ita appellari, sive gustus sive forma spectetur.

P. 77, 14. τῷ μὲν λόγῳ] nota est illa oppositio, λόγῳ μὲν ἔργῳ δέ, *verbo* et *re ipsa.* sed hic de ingenio et dignitate agi existimo: nam alter codex habet tantum μετὰ τοῦτον ἔχων τὰ δεύτερα.

P. 78, 14. βλωμοῦ ἄρτου τίθησιν ἐνδεᾶ] ὑπερβολικῶς haec scribi existimo ad insignem fortunae mutationem et summam imperatoris alienationem declarandam.

P. 80, 2. καὶ τὸν ἀναδασμὸν] subintelligi potest εἰς τὸ παλίρροον ἐβιάσατο: *eam quoque distributionem quam ipse ordinarat abrogavit*, nisi ἀναδασμὸν ἀντὶ δασμοῦ posuerit. tunc deesse videbitur verbum ἐπέταξεν aut aliud simile: *tributa pro sua libidine exegit.*

P. 79, 25. κληρωτὸν] alioqui est quod sortito contingit. hic pro vernis hereditate relictis aut ἀντὶ τῶν ὠνητῶν posuisse videtur.

P. 424 *P.* 80, 5. ἐκ τοῦ γνωμικοῦ] *sua sponte*, κατὰ προαίρεσιν. recentiorum Graecorum formula est. et herilis bibliotheca libellum habet περὶ γνωμικῶν θελημάτων *de libero arbitrio* aut *libertate voluntatis*, ut arbitror.

P. 79, 5. χρυσῶν] est auri thesaurus proprie apud hunc auctorem. ego fiscum verti, quia proprium non suppetebat ob Latini sermonis egestatem.

P. 79, 9. ἦν δὲ καὶ ἄλλως] liberius hunc locum verti, omissis iconibus et metaphoris ineptioribus. verba, si quis requirit, sic sonant: *alioqui etiam eo tempore conclavia publica ex hoc in illud eructabant, et ut colluvies aquarum redundabant, et aliquid ex iis quae continebant in externos et pauperes expuere volebant, quemadmodum uterus partui vicinus, qui plus quam maturi foetus onere praegravatur.*

P. 80, 5. ἐκ τοῦ μὴ κοτύλης] et hic sententiam potius quam verba sequutus sum, quae sic sonant: *quia non scobe cotylae egebat, sed plane Tyrrheno mari, ob sumptuum quos dilatarat amplitudinem.* pro ἃς lego δι᾽ ἃς: nam praepositio διά, librarii negligentia praetermissa, turbat sententiam.

P. 81, 2. πτύα] nescio quis usus ventilabri sit in via complananda; nisi forte cribrum intelligat, quo glarea tenuior a crassiore separatur, aut πτύον aliquid aliud ei significet.

P. 84, 3. ταύταις ἐφομαρτεῖ] hic verba scrupulose persequi non necesse habui.

P. 84, 22. τῷ ἀδελφιδῷ] πέμπει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ

Φρεδερεῖχον. Fredericum alter codex Conradi, alter fratris eius filium facit.

P. 85, 4. quid χαοῦν sit, nisi εἰς χάος ἀναλύειν, hoc est ἀφανίζειν, non video.

P. 87, 7. εἰ καὶ τὰ στοιχεῖα] alter addit καὶ ὁ και- V. 346
ρὸς ὡς δοῦλα τοῖς Ῥωμαίοις ὑποτάσσονται.

P. 87, 15. περαίαν hic intelligit Europaeam partem, cis Constantinopolim: nondum enim traiecerat. utrum vero περαία nomen appellativum an proprium sit, quod olim κέρας, nunc Peram sive Galatham vocent, affirmare non possum.

P. 89, 5. βουλεύματα] alter addit καὶ συνάγματα.

P. 90, 17. ἅρματα] an hic pro curribus ponat an vero pro armis more barbarico, incertum mihi est.

P. 90, 18. ὡς εἰς νέωτα] videtur hic posuisse pro εἰς τὴν ἐπιοῦσαν. alter codex habet tantum πρωΐ.

P. 96, 6. οἱ τῶν Ἰταλῶν παῖδες] οἱ Ἀλαμανοί. magna P. 425
est Graecorum negligentia in distinguendis gentium nominibus, quas appellant πολυσπερέα γένη ἑσπέρια ἢ δυτικά. confundunt Italos Siculos Latinos Alemannos Francos Gallos, tantis locorum et ingeniorum intervallis distinctos, ἐπεὶ μάλα πολλὰ μεταξὺ οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα. id inde accidisse reor, vel quod Germani magnam Italiae partem et Siciliae olim tenuerunt, vel quod Romanum pontificem summum sacrorum antistitem agnoverunt. eas vero gentes quae Byzantino imperatori paruerunt, Romanorum appellatione celebrant. quod semel in hoc loco admonuisse sufficiat.

P. 97, 9. apparet vel magistratus vel familiae alicuius cognomentum fuisse Gymnos.

P. 100, 25. συναλειφόμενον] συναλειφομένους.

P. 101, 1. προφύλακα] πρὸς φύλακα.

P. 104, 16. quid τζαγκράτορες sint, nondum reperi. verti autem funditores, non quod veram interpretationem eam redderem, sed quod non prorsus absurda videretur.

P. 104, 21. ἐξ ἀφετηρίων] subintelligitur ὀργάνων ἢ μηχανημάτων. quae qualia fuerint non declarat. vocabulum non male respondet vernaculo nostro *geschütz*. sed bombardae an eo tempore fuerint dubito. desideratur et hic diligentia historicorum, qui ea quae suae aetati nota fuerunt, etiam posteritati, subinde inventa veterum novis artibus abolenti, nota fore crediderunt. proinde neque balistas neque catapultas vertere ausus fui: tormenta nonnunquam verti generali vocabulo, quod non tantum cruciatum significat, ut apud Horatium *invidia Siculi non invenere tyranni maius tormentum*, sed etiam machinam bellicam, ut apud Ovidium in Metamorph. de Licha et Hercule: *misit in Euboicas tormento fortius undas.*

P. 104, 21. *ἀνώθουν ἢ ἀνήρειπτον*] Romani saxa tormentorum sursum trudebant ac potius in montem advolvebant. hoc videtur velle, ad summam difficultatem irriti conatus et Sisyphii laboris ostendendam. verbum *ἀνήρειπτον* quid sit, me ignorare fateor: neque ab *ἐρείπω* neque ab *ἔρπω* formatur. *ἐρείπτω* nusquam legi. si vero *ἀνέρριπτον* legas, id minus et tenuius videbitur quam *ἀνώθουν*. vetustus codex habet haec verba duntaxat plana et simplicia, *καὶ οὗτοι μὲν ἐβιάζοντο πρὸς ὕψος ἐπιρίπτειν τὰς πέτρας μετὰ τῶν πετροβόλων ὀργάνων*: quae ego in convertendo sum secutus.

P. 426 *P*. 107, 11. de Bogomilis vide Zonarae Alexium Comnenum; quanquam, ut fuit monachus ille socors et negligens, quae fuerit eorum haeresis non satis explicat.

P. 107, 12. intelligo *τὸ πομπεύειν* ignominiosam traductionem per urbem aut theatrum, qui *ἄτιμος θρίαμβος* aliquoties a Zonara dicitur, nisi quis existimet sacri ordinis ademptionem intelligendam, quae vulgo a sacrificulis *degradatio* dicitur.

P. 106, 6. *σοφίας δ' ἁπάσης μεταλαχών*] vetusti codicis verba longe planiora sunt. *ὁ δὲ Κοσμᾶς*, inquit, *οὗτος ἦν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως Αἰγίνης, διάκονος τὴν τάξιν, πάσης σοφίας ἔμπλεως, ἐνάρετος, καὶ ἐπὶ πλέον τῶν ἄλλων ἀρετῶν τῇ τῆς ἐλεημοσύνης ἐκαλλωπίζετο ὡραιότητι. οὕτω γὰρ ἐπὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ ἐσεμνύνετο, ὡς καὶ τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τόν τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἐπιδιδόναι πτωχοῖς καὶ τὴν σκέπην τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, καὶ οὐ μόνον ἐξ ὧν εἶχεν ἐδίδου, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ᾠκονόμει παρέχειν τοῖς χρείαν ἔχουσιν.* paraphrastes vero noster postremam periodum plane obscuravit, ne dicam depravavit, quum scribit *καὶ πράγματα παρέχειν τοῖς ἀφ' ἑστίας μὴ διφῶσι μόνον αὐτά, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐπορίαν ἄλλων τυρβαζομένοις*. quae verba sic converteram: *suisque domesticis non solum illa requirentibus, sed etiam alienam opulentiam reprehendentibus negotium facesseret.* quae verba quid sibi velint, profecto nescio: adeo delirat ineptus elegantiae immodicae affectator, dum vel in id incumbit ut paraphrasi cum archetypo certet, vel summam orationis virtutem putat nihil propriis verbis eloqui, *καὶ τὸ ἐν φακῇ μύρον* ubique adhibet.

P. 106, 20. *ἡ γοῦν πληθὺς τῶν κακίστων ἀρχιερέων, τῶν μὴ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἀποδεχομένων, διαβάλλουσι τὸν πατριάρχην τῷ βασιλεῖ, ὡς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς βασιλείας ὁ πατριάρχης ἀναβιβάσαι βούλεται. λόγους γὰρ ὁμιλοῦσι κατὰ μόνας ἀμφότεροι, καὶ νύκτας ὅλας ἀγρύπνους διατελοῦσιν ἐν ταῖς συντυχίαις αὐτῶν καὶ σκευὰς κατά σου ἐργάζονται.*

V. 347 *P*. 114, 3. puto *ἀναγκαία* pro *ἀνάγκῃ* esse positum, ut *Καλλιόπεια* pro *Καλλιόπη*.

P. 116, 19. *τὰ Κέρκυρα*] fortasse librarii error est pro *τὴν Κέρκυραν.*

P. 125, 2. pro *Κομνηνὸς* fortasse legendum *Βρυέννιος*, nisi forte filius cognomen a matre propter imperatoriam stirpem acceperit.

P. 126, 10. *ἐπεὶ δὲ ἅπασι σχεδόν*] alter codex brevius P. 427
eandem sententiam complectitur, his verbis: *οἱ ἀστρολέσχαι φασίν, ἐπακριβοῦται τῷ ἀγγέλῳ ἡ ἔξοδος, ὡς οἱ τῶν ἀστέρων ἀγαθοὶ σχηματισμοὶ ἐνεδίδοσαν.*

P. 135, 13. *ἐκ γὰρ τοῦ αὐτοῦ πατρός*] Eudocia tertio gradu attigit Andronicum, hoc modo:

	Alexius	
Iohannes	*fratres*	Isaacius
Andronicus	*patrueles*	Andronicus
Eudocia		*incesti.*

P. 135, 24. *περὶ οὗ εἴπομεν ὄπισθεν*] sic supra *περὶ οὗ ἔμπροσθεν λέξομεν.* unde apparet *ὄπισθεν* ad praeteritum, *ἔμπροσθεν* ad futurum tempus pertinere huic scriptori, verborum significatione commutata et inversa.

P. 141, 21. *ἱππότην*] *μετὰ κονταρίων καὶ ἀλόγων ἀραβικῶν.*

P. 142, 20. *μετεωρίζων*] *παίζων.*

P. 146, 18. *Κιλικίᾳ*] *Ἀρμενίᾳ.* creberrima est haec per- P. 428
mutatio. nam vetustus codex fere semper *ἀντὶ Λατίνων μὲν φράγγους, ἀντὶ δὲ Κιλικίας Ἀρμενίαν τίθησι.*

P. 151, 19. *ἦν δὲ καλή*] verba sic sonant. *erat autem formosa mulier, et valde formosa, et supra modum formosa, et incomparabili pulchritudine, ut plane nugae essent ad eam collatae Venus risu gaudens, et aurea Iuno candidis brachiis et grandibus oculis, et Lacaena longo collo et pulchris talis, quas vetustas ob formam immortalitati consecravit. et caeterae universae quarum insignis pulchritudo libris et historiis celebratur.* haec in conversione de industria praetermissa hic subieci, ne me negligentiae accusent, si qui forte sunt qui ineptiis delectentur.

P. 152, 6. *καὶ ταῖς ἐκεῖθεν κολάσεσι ad inferna supplicia ut homo impius rapiendus.* quorsum attinent ista tragica? Christianae caritati nescio quam consentanea, plena certe inhumanitatis; quare a me praetermissa sunt. videat quisque ut ipse recte vivat et bene moriatur: iudicium de aliis relinquat deo, cuius iudicia longe alia sunt quam hominum, praesertim ineptorum.

P. 160, 7. *κουζασθλάνην*] significat haud dubie vox V. 348
haec aliquid, ut et *μούρτζουφλος*: sed scriptor hanc aliis aeque ac sibi notam esse ratus non declaravit.

P. 165, 3. *βλαδίστλαβος*] id fortasse nomen est, pro quo nunc Ladislaum usurpant.

P. 429 *P.* 175, 16. αὐτὸς τὴν σφενδόνην] cum quid palam sive fundam, cardinem et baculum appellet hic, ob ignorationem cuiusmodi machina fuerit, non satis teneam, generaliter hunc locum sum interpretatus.

P. 175, 22. ἄρχλας] non abhorret a nostro vernaculo *erkher*.

P. 181, 17. οὐ πολλαὶ δὲ ἡμέραι] quia nimium lascivire mihi est visus et pene ultra poeticae licentiae fines evagari sive Choniates sive paraphrastes quispiam eius (nam vetustus codex, qui ex archetypo auctoris descriptus videtur, longe paucioribus rem absolvit), summam duntaxat huius amatoriae narratiunculae exposui. ne tamen curiosus lector quicquam desideret, etiam haec interpretari volui, quantumvis inepta; quae (si typographis ita videbitur) in contextum historiae reponi poterunt. *non multis diebus post Andronicus neglectis et contemptis caedibus, pugnis, bellis, classicis, terrore, metu, Marte sanguinario et bellicis operibus, Veneris sacra colit. quae non Helenam ei subiicit aut velut in conspectum adducit, in Graecia et mediis Argis habitantem, et forma eius exhilaratum furore concitat; nec navem aedificat, quam Phereclus gubernet: sed Philippae in vicinia habitantis formam depingit et lenocinio conciliat amatori Andronico, ex sola fama amore inflammato. igitur abiecto clypeo et galea repudiata spretaque omni militia ad amicam Antiochiae degentem deficit. quo cum venisset et amoris illecebris Martium habitum commutasset, tantum non lanam tractabat aut telam texebat et colum tenebat, ut olim Hercules Omphalae, sic ipse Philippae serviens. erat ea Petebini filia, soror eius quae non ita pridem Manueli imperatori, Andronici patrueli, nupserat. Antiochiae degens deliciis inhiabat, ornamentorum pene ad insaniam studiosus, satellites per plateas circunducebat argenteis arcubus instructos, proceros, prima lanugine florescentes, flavis capillis nitentes; eaque ratione venabatur eam a qua ipse captus erat et amatoriis vinculis irretitus, et par pari cum foenore referebat, cum alioqui admiranda forma conspicuus, tum vestibus subinde mutatis insignis, iis praesertim quae ultra nates et femora demissae finduntur et ita corporibus applicantur ut veluti attextae illi esse videantur; cuius inventi auctor ipse extitit, laxata vultus torvitate, perpetua severitate remissa, gravitate morum et solicitudine seposita, abiectoque supercilio. caeterum illa prorsus capta coniugio assensit, atque aedium et patrias oblita amatorem secuta est.*

P. 183, 8. καθ' ὅσον ἤδη, pro iamiam, haud scio an usitatum sit. si εἴδῃ aut ἤδῃ παρὰ τὸ εἰδέναι legas, ne sic quidem placet, iudicium lectori relinquo.

P. 183, 18. ἀδοξοῦντας. αὐτὸν] verba sic sonant. *quum* P. 430 *igitur Constantinus se a Philippae amoribus despici cerneret, qui alas ad alium librarent et Andronicum malis peterent eique faces praeferrent.*

P. 184, 3. γαλῆ τὸ τοῦ λόγου] verba sic fere sonant. *quemadmodum mustela, ut aiunt, ad sebum, ad pristinas fugas reversus vetustisque suis machinis tentatis. et ut erat luxuriosae vitae et ut equus erga mulieres insaniens, in vetitos* P. 430 *concubitus ruebat, carnaliter appropinquabat, et intemperanter indulget libidini Theodorae filiae patruelis natu maioris Isaacii.*

P. 187, 6. τῶν πρότριτα λανθανόμενοι] referri potest hoc vel ad meritorum et rerum gestarum oblivionem, vel ad insolentiam pristinae sortis immemorem.

P. 188, 18. θερμότερον φήνης] verba sic sonant. *ardentius et miserabilius fulica, draconibus moestius, halcyone lugubrius.*

P. 195, 15. ἀναιδεῖς μὲν] *impudentiores Periphete clavigero et pinuflexio* (liceat enim et mihi ineptire) *Sinnide et Scirone, quos olim Theseus sustulit, immaniores.*

P. 196, 5. δόξαν τέλος καταλελύσθαι] *cum plane sopitum videretur, instar foecundi agri locupletis hominis, robustiores messores desiderantis, refloruit.*

P. 200, 26. τοῦτο δὴ ὅπερ] ineptam et intempestivam hanc appendicem, a me de industria praetermissam, sic interpreteris licet: *id quod opposita virtutibus vitia efficere consueverunt; quanquam illis propinqua sunt et pene adhaerent.* alter codex habet ὅπερ καὶ ἐν ταῖς καθολικαῖς ἀρεταῖς ἔχει τις τοῦτο ἰδεῖν.

P. 207, 17. κοινὸν ἐκείνοις βαλάντιον] puto Choniatem de latrocinii societate et partitione manubiarum loqui.

P. 208, 3. τοῖς πήχεσι μετρῶν τὸ εὔδαιμον] alludit ad dimensiones agrorum, limitibus exundatione Nili confusis. unde quidam censent geometriam ortum habuisse.

P. 208, 6. ἐντράνοις] τρανὴς et τρανὸς usitata sunt, sed V. 349 ἔντρανος alibi me legere non memini.

P. 210, 9. Πάτροκλον πρόφασιν προτιθεὶς] vide Erasmi Chiliades; quanquam haud scio an ad Homericum Achillem alludatur, qui saevitiae suae Patrocli caedem praetexebat, cum hosti mortem deprecanti respondet

κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅ τις σέο πολλῷ ἀμείνων.
occidit et Patroclus, qui te virtutibus anteit.

P. 222, 8. κατ' ἀχερωΐδα] *procera instar populi ir-* P. 431 *riguae.*

P. 230, 21. τὰς παλασσὰς] κολασσὰς (A) sive χολοσσάς: nam litera parum perspicua est. unde suspicor Cho-

niatas post appellatos esse qui olim Colossenses dicti fuere, ad quos epistola D. Pauli exstat.

P. 246, 4. nescio quid hoc sive scomma sive σαρκασμὸς sibi velit, utrum rideat Manuelem ut metu pallentem, an vero innuat aurea arma periculosiora esse ferreis, quod spe praedae plures alliciant.

P. 247, 12. hic (B) apertius consilium Turcorum declarat, ostentare eos voluisse, nullum Turcam sed Christianos duntaxat periisse. quia vero Turcis addere praeputia non poterant, Christianis ea praeciderunt; et quos viventes non potuerant, defunctos in Turcas transformarunt utique ludibrii causa.

P.432 *P.* 249, 14. quid nota sibi velit, ignoro; nisi δραχμὰς significet.

P. 250, 1. καὶ κάτωθεν] *et infra vexillum suum vento expansum, et hostium frontem spectans, ut ii metu et tremore corriperentur, pacem confecisse Sultanum gloriabatur.*

P. 253, 19. Μαίανδρος τοὺς πλείονας εἰσεδέχετο] adde ἕτεροι δὲ ἐφονεύοντο, *alii occidebantur.*

V.350 *P.* 285, 17. alter codex de compatriatu, ut vocant, alter de administratione baptismatis loqui videtur.

P. 289, 17. quid sit illud ὅπερ τὸ χρίσαν, non intelligo. et qualemcunque sententiam coniectura sum secutus.

P.433 *P.* 297, 21. χρεὼν δὲ μὴ ὑπονοθεύειν] possunt haec verba etiam ad scriptorem ipsum referri per parenthesin προκαταληπτικήν, hoc modo: *in quo haec etiam verba praeter caetera continentur: neque vero adulteranda sunt aliena dictione, sed ita ut scripta sunt referenda: si quid* etc.

P. 348, 7. αὐτάς] ἁγνάς.

P. 350, 14. τὸ δὲ τῆς Κωνσταντίνου φιλοταραχώτατον] in vetusti codicis (B) margine hoc loco mendacii arguitur Choniates, quasi populo Byzantino fiat iniuria: et, si qua perperam committantur, ea potius hominibus potentibus et seditiosis sint adscribenda. quanquam enim scriptura non satis legi potest, tamen satis apparet hanc esse sententiam.

P. 351, 24. τελευτήν] πνιγμονήν.

P. 364, 25. παραβόλως] παραλόγως.

P. 523, 5. τὸ τῆς ἐκείνου γλώττης τρυγῶντες μελίκηρον, καὶ ὡς ἄγρωστις ὄμβρον] favum linguae illius ut gramen im-
P.435 brem aut rorem Hermonium montes Sionii, magniloquentiam eius amplectebantur, maxima cum laetitia redeuntes, non secus ac si aureum seculum et molitum molae victum aut Solis mensam appositam reperissent etc. verba τὴν ἀληλεσμένην τοῦ μύλου δίαιταν suspecta mihi sunt, nisi sit recens aliquod proverbium. utcunque sit, ego sententiam expressisse contentus fui.

P. 323, 21. τοὺς ἑτεροστόμους πελέκεις ἀνέχουσιν] τὸ ἕτερον, ut supra etiam monui, in compositione fere alterum e duobus significat, ut ἑτερόφθαλμος cocles. hic pro ancipiti verti, quod intelligere videtur *hellemparias*. si quis vero partisonas intelligere mavult, non impedio. τὸ ἑτερόστομον certe nonnisi per ambages molestas proprie explicabitur.

P. 328, 11. ἐς γόνατα καὶ γλουτούς] γλουτοὺς videtur hic ponere non pro elunibus, sed pro suris, ἀντὶ γαστροκνημίδων.

P. 357, 14. alter plura periuria tribuit Andronico, V. 351
alter factionem eius eodem crimine involvit.

P. 365, 5. hunc locum generatim sum interpretatus, quia propria vocabula non suppetebant, et periphrasis permolesta futura videbatur.

P. 387, 12. τὰ τῶν ἀφιεμένων πετρῶν ῥοιζήματα. ex hoc loco fere coniicio, Siculos habuisse bombardas eo tempore, nisi fortasse balistis maximis usi fuerint.

P. 392, 9. φλῶντες] scilicet τὴν κεφαλήν.

P. 406, 15. ὁ τῆς γαμετῆς τούτῳ πατήρ] saepenumero ad hunc modum dativi pro genitivis ab hoc auctore ponuntur, haud scio librariine errore an affectatione auctoris.

P. 416, 14. potest τὸ οἷς pro ἐφ' οἷς αἰτιολογικῶς capi, P. 436
ad leniendam civium indignationem propter ignaviam eius.

P. 430, 10. hoc epistolium ex vetusto codice (B) adieci, in eoque convertendo etiam Graeca virorum nomina Latina utcunque feci, ut epitheta, quae et antitheta sunt, aliquo modo exprimerentur. ac ἀληθινοῦ καὶ συνεσίου nomina satis clara sunt: λαχανᾶν vero ἀγοραῖον appellat, quod olera in foro vaeneunt. est et παρωνομασία quaedam in verbis ἀδικεῖν et ἢ τὸ ζῆν: Graecae enim pronuntiationis studiosi κ fere per c Latinum efferunt, *adicin, itocin.*

P. 432, 7. καλάνου] fortasse κελαινοῦ, nigri coloris. V. 352
vetustus codex habet γερανέου, gruini coloris, qui fere est ferrugineus. κάλανον adiectivum nomen nusquam reperio.

P. 455, 15. quod alter μεταφορικῶς scribit, alter (B) ἁπλῶς videtur accepisse.

P. 468, 13. ἀεὶ τὸν ὄπισθεν] converti *eos qui terga dabant,* cum videatur potius legendum τὸν ἔμπροσθεν.

P. 468, 19. alter metaphorice, alter proprie loquitur; alter de caedibus, alter de spoliis et fame agit.

P. 470, 15. τοῦ Ταγκρὲ] fortasse Tancredum intelligit, P. 437
Salernitanum principem, crudelem illum pudicitiae vindicem, si fabula vere narratur.

P. 483, 15. posset τὸ εὔηλιξ etiam ad corporis proceritatem referri, quia ἡλικία et aetatem et staturam significat.

bus, clara lux oculis, spiritus vitalis, qui per nares attrahitur, plane Perozi margarita, semper imperatoris auribus appensa, tanti pretii habita quanti universum imperium, aut potius velum versatile, et Argus multioculus, et centimanus Briareus etc.

P. 643, 20. *τὴν ἡλικίαν συνεστ.*] alter negat eum consensisse, alter affirmat: sed sequi illos noluisse, mutato consilio. notabis *ἀκολουθῆσαι αὐτους* pro *αὐτοῖς*. huiusmodi ἀντιπτώσεις et insolentes constructiones non librario, sed linguae corruptae videntur ascribendae.

P. 444 *P.* 656, 8. alter ait Sultanum Turcos suo exemplo ad
V. 356 iuvandos captivos incitasse, alter eum captivis secures dedisse ad ligna caedenda, et Turcos ea re prohibuisse.

P. 658, 21. dubium utrum de lunae eclipsi, an diminutione loquatur.

P. 445 *P.* 713, 14. multum interest inter *πυῤῥὸν* et *πηρόν*.
V. 357 sed fuisse caecum, ex iis quae sequuntur pluribus in locis apparet; quamvis non iniuria mireris quomodo eques effugere potuerit in pugna Blachica.

P. 728, 3. *οἱ δὲ οὔτε τι τῶν προσδοκωμένων*] non satis assequor, utrum ea fecerint quae expectabantur, an non fecerint. hoc loco vetus codex mutilus est, duobus foliis exectis.

P. 733, 19. *πρὸς δήμους*] sic ambo codices habent: sed puto *δυσμὰς* legendum, nisi forte sit loci proprium, versus occasum.

P. 748, 7. aliud est *φρονηματίας*, aliud *φρόνιμος*, sed barbaries vocabulorum vim depravasse videtur.

P. 446 *P.* 748, 7. *καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν εὐεργέτην ἐς τοὺς μετέωνος αἰῶνας ἀναδυόμενος*] denique benefactorem subinde in Meteonis secula procrastinans. *μετέωνος αἰῶνες*, si scriptura non fallit, videtur proverbium aliquod recentius esse, ut alioqui Tithoni senectus celebratur.

P. 447 *P.* 754, 4. *γίγας ἐννεόργυιος* iugeribusque novem summis distabat ab imo.

P. 754, 4. *καὶ αὐτὸν δὲ τὴν κάσιν*] talem galeam Basileae vidi, qualibus olim in concursionibus equestribus Germanica nobilitas usa est, tanti ponderis armis circumsepta, ut nunc a multis vix sustineri posse videantur.

P. 754, 13. *ταῖς χρυσέαις χέρσαίαις πύλαις*] leguntur quidem apud Zonaram *χρυσαὶ πύλαι*, sed hic haud scio an *τὸ χρυσέαις* abundet. et paulo post pro *τῶν πολλῶν* legendum videtur *πυλῶν*, non vulgi, sed portae propugnaculum.

P. 758, 22. *ἄμβων παρὰ τὸ ἀναβαίνειν* dici videtur, locus utique templi editior, sive suggestum, sive gradus, sive chorus, ut vulgo appellantur, sive superius ambulacrum, *die porkirchen*.

ώτατα. per μιαρώματα ζῶα intelligit mulos, asinos, equos, per τὰ ἁγιώτατα sacrum ornatum. quanquam Byzantinus codex habet τὸν παναγέστατον, sanctissimum sive purissimum, hoc est Christum, sicut et paulo ante pro μαργαρίτην Χριστοῦ herilis codex legit Χριστὸν per appositionem.

P. 768, 17. καὶ τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου ἐπιτιμᾷ] etiam bestias calami increpat. possunt intelligi vermes a quibus eroduntur. sed videtur subintelligi τὸ ἕνεκα, quem sensum in convertendo sum secutus. V. 358

P. 782, 13. εἰ μή γε τοῖς πολεμίοις ἀποτενεῖτε τὸν ὄλεθρον. μή γε rectius legi quam μήτε, vetustus codex declarat, cuius haec verba sunt: εἰ μὴ διὰ τὸ ἵνα ἀνταποδώσετε τοῖς πολεμίοις τὸν ὄλεθρον καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. unde apparet etiam pro ἀποτενεῖτε, quod ab ἀποτείνω formatur, legendum esse ἀποτινεῖτε, ab ἀποτίνω, quod idem valet quod ἀνταποδιδόναι. P. 448

P. 784, 21. σηλυβρίαν] σηλυμβρίαν. etiam apud Demosthenem nostrum haec vox alias cum, alias sine μ scribitur, ut et ἀρύμβας et ἀρύββας. quod accidere videtur propter litterarum β et μ notas alicubi non dissimiles.

P. 786, 12. ἀπηνηκότους] ἀπηνηνηκότους. utrumque perperam esse arbitror, neutrum certe intelligo.

P. 790, 9. ἐς ὅσον βρετανία] legendum esse Βενετία, praeter duorum codicum consensum, etiam ipse orationis contextus declarat.

P. 790, 26. fortasse legendum τῶν εἰς θεὸν ὑμνητηρίων. in convertendo vetustum codicem secuti sumus.

P. 791, 4. τὸ ὑπὲρ εὐκλείδην] caeteri codices non habent. nec mihi nota est historia de Euclidis alicuius insolentia. εὐκλείδου ἄρχοντος fit mentio apud Demosthenem, de legibus ante P. 449
vel post Euclidem irritis. fortassis hoc vult τὸ ὑπὲρ εὐκλείδην, praemature, intempestive, insolenter encomium eum canere ante victoriam, ut ad προθεσμίαν τῶν κυρίων νόμων alludat.

P. 796, 1. περὶ μῆνα τὸν φιλοχόον] sic ambo codices habent. sed vetustus Ὀκτώβριον ponit, quem secutus sum, etsi supra idem τὸν φυλλοχόον (sic enim scribendum est: nam a fundendis seu defluentibus arborum foliis nomen habet) Νοέμβριον interpretatur. utrum rectius sit, non pronuntio: nam alii maturiorem, alii seriorem hiemem habent.

P. 797, 3. προυσαῖοι] προυσαεῖς et προυσηνοί, οἱ ἐν V. 359
τῇ προύσῃ. aliis atque aliis in locis hae formationes inveniuntur.

P. 798, 20. τὸν ἐπὶ τῆς σημαίας ἀνελόντες] Byzantinus codex solus hanc lectionem habet, in qua haud scio an ali-

quid depravatum sit: nam signiferum ignorante exercitu occidi, et a paucis robustissimum exercitum signo elato provocari, vix credibile videtur. malo tamen in hanc peccare partem, ne quid, qualecumque id sit, praetermittatur.

P. 799, 19. *ἐπὶ τεσσάρων ἀσπίδων*] *ἐπὶ μιᾶς ἀσπίδος παραταξάμενοι* apud Isocratem in Archidamo legitur. quod vix credibile videtur, aciem in longum extensam nec uno viro profundiorem multis millibus restitisse.

P. 800, 19. *τὸ οἰκεῖον λάχος ὁρῶν*] converti *cum sui muneris esse intelligeret.* quodsi cui displicet, reponat *cum suum gregem*, vel cives suos, *a consiliis et precibus suis pendere videret.*

P. 802, 22. constructio huiusmodi est: *ἱλασάμενος τὸν θεόν, πᾶν ἀποτρόπαιον τραπέσθαι κατὰ τοῦ ἀνοσίου* etc.

P. 803, 23. *οὗτος γὰρ τῶν τοῦ βορρᾶ πλευρῶν ἀποσυρείς*] non satis assequor quid sibi velit. vetustus codex (B) et hic mutilus est, ut et alibi, ubi eius subsidio perquam opus est.

P. 805, 20. *ὑπιούσης* legendum, ut nostrates aquilae pictae ascribunt *sub umbra alarum tuarum.*

P. 810, 16. *τὴν δὲ πολισθεῖσαν ἀρκαδίῳ*] ex his verbis non satis intelligitur utrum Latini an Romani Arcadio-
P. 450 polim tenuerint. vetustus codex (B) *μόνον δὲ — φυλάττειν αὐτό.* hinc apparet Arcadiopolim a Romanis fuisse occupatam, cum alteri contrarium dicere videantur.

P. 811, 3. *ὡς δ' ἀπήντων*] hic eadem recurrit obscuritas. vetustus habet: *οἱ Ῥωμαῖοι δὲ — τούτοις συμπλέκονται.* hanc sententiam in vertendo sum secutus.

P. 811, 13. *τῶν δ' ἄλλων*] *ἡ δὲ λοιπὴ ἐς τὴν Ἀδριανοῦ παρὰ πόδας ἰοῦσα, ἐκεῖσέ πη βάλλει στρατήγιον, καὶ ταυτησὶ πειρᾶται κατὰ κράτος ἑλεῖν. ἀλλ' ἐπεὶ ἀπείρηκα τὰς τῶν οἰκείων συμφορὰς συγγραφόμενος, ἤδη δὲ καὶ τῆς εἰς ἕω μεταβάσεως ἅπας γίνομαι ἐνταῦθα τοῦ λέγειν σχόσας, τὸν τῶν κακῶν ἰλίγγου πεπαύσομαι.* *reliquus exercitus Adrianopolim recta contendens castra ibi locat, eamque vi expugnare instituit. sed quia nostrorum calamitatibus describendis sum defessus et nunc Orientali profectione totus occupor, finita hic oratione calamitatum vertiginem deponam.* hoc loco Byzantinus codex a Iohanne Dernschwam nomine D. Antonii Fuggeri Cpoli emptus abrumpit historiam, et librarii nomen subiicitur his verbis: *ἐτελειώθη ἡ παροῦσα χρονικὴ βίβλος κυρίου Νικήτα τοῦ χωνειάτου παρ' ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου ἐν ἱεροδιακόνοις, Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου χαρτοφύλακος τῆς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ἐν ἔτει τῷ ζξγ', τῷ μηνὶ Μαρτίῳ ἱσταμένου ἡμέρᾳ δ'.*

P, 824, 27. sententia est, Latinos Byzantio in castra

esse.

P. 830, 19. alter (A) de militibus, alter (B) de munitionibus loquitur. hic etiam vetustus codex (B) nos destituit, foliis compluribus resectis; in quo conferendo et genere et ingenio nobilis adolescens Raphael Sailerius me adiuvit.

P. 832, 1. καθ' ἡλικίαν ἠχμαλώτευσαν *omni sexu et aetate capta.* hoc si cui displicet, quaerat meliorem interpretationem.

P. 833, 4. κἂν ἐξέπεσον τῶν κατὰ σκοπὸν] interpretatus sum ἀποφαντικῶς. quod si cui displicet, ὑποθετικῶς exponat licet, hoc modo: *ac successu caruisset id consilium, si in cohortes alias* etc. *incidissent.* paulo post, ὡς διὰ βραχέος, τὸ ὡς redundare videtur.

P. 834, 13. μηδ' ἄλλως ὑπὸ Λατίνων οὖσαι ἀνεπισκόπητοι] converti ὑποθετικῶς: *ni tam munitae fuissent, nec Latinorum rapacitatem vitaturas fuisse.* si cui vero τὸ μηδ' ἄλλως pro ἄλλωσε μηδ' intelligere magis placet, sic vertat: *praesertim cum nec a Latinis negligerentur.* dubito an pro μηδ' ἄλλως potius sit legendum μηδ' ὅλως: nam herilis codex, etsi solus integer, tamen negligenter scriptus est, ὑπ' Ἐμμανουήλου ὀμβαιβενίδος τοῦ ἐκ μονεμβασίας μετὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.

P. 836, 5. θωράκια tibicines verti, non quod verum P. 451
putem, sed quod solidae columnae, ut Virgilii ioco utar, nondum advenerunt.

P. 838, 9. ἢ γοῦν τῶν ὄντων ἑτέραν παραγωγὴν *aut aliam rerum creationem.* respicit ad agros et urbes cultoribus vacuas. verteram principio *aut rerum naturam ab eo diversam, qua iussit* etc. putabam enim eum loqui de vastitate Thraciae incendiis deformata. sed hanc sententiam repudio, quod sequitur ὁ δ' ἄνθρωπος οὐκ ἦν, quasi dicat Thraciae fuisse eam faciem quae recentis mundi fuerit cultoribus vacui.

P. 838, 15. διαπεμπούσης τοῖς πόρρωθεν] transmittere ad posteros esset τοῖς μετέπειτα. ad quam significationem τὸ πόρρωθεν non satis commode deflectitur.

P. 841, 3. καὶ Λατίνοις τὸ καινὸν ἐσπένδετο *novitas illa,* hoc est, novi tyranni cum Latinis paciscebantur. fortassis legendum τὸ καινότατον ἐσπένδοντο, *quod maxime mireris,* ut τὸ μέγιστον usurpatur. ego verti τὸ καινὸν pro καινῶς. sequatur quisque quod probarit.

P. 841, 18. τῶν θρεψαμένων] idem quod τῶν πατρί- V. 360
δων. sicut ἡ ἐνεγκαμένη, ita et hic ἡ θρεψαμένη patriam significat.

P. 843, 2. νῆψις est sobrietas; quae quid huc faciat,

non video. neque σκῆψις placet. sobrietatem bellatoribus etiam esse utilem non nego: sed id hic non agitur.

P. 844, 25. ὡς οὔκουν ἐβάλετο κατὰ νοῦν] negationem, quod redundare existimo, omisi.

P. 849, 13. ἤγουν *Λατῖνον aut certe Latinum.* puto legendum οὐ γοῦν vel οὔκουν, itaque verti.

P. 851, 9. ὡς ἱμᾶσι] fortasse ἱματίοις: *probris tamquam vestibus nos operiunt.*

P. 851, 13. μενοῦν γε οὐδὲ δι' ὄχλου τισὶ γεγόναμεν] haec per indignationem adiici videntur ad hominum iniquitatem exaggerandam et suam innocentiam declarandam.

P. 851, 22. καὶ τῆς τῶν βιθυνῶν μητροπόλεως προεδρεύουσαν] puto legendum καὶ τὴν τῶν βιθυνῶν προεδρεύουσαν. nam ἡ προεδρεύουσα et μητρόπολις idem valent, nisi fallor. si quis autem etiam metropolim alteri civitati subiicit, legat: καὶ τὴν τῆς τῶν βιθυνῶν μητροπόλεως προεδρεύουσαν Νίκαιαν, addito duntaxat articulo τήν, ut paulo ante τὴν παρ' Ἀσκανίᾳ λίμνην παροικεῖν.

P. 852, 3. καὶ παριστᾶν ἐντεῦθεν] videntur nonnulla deesse.

CHRONOLOGIA NICETAE,

quae annorum ab eo descriptorum et rerum sub imperatoribus gestarum seriem paucis indicat.

(auctore Fabroto)

Anni Christi	Res gestae.	Anni Imperatorum Orientis	Anni Imperatorum Occidentis.
		IOHANNES COMNENUS.	HENRIC. QUINTUS.
1117	Imperator ALEXIUS COMNENUS, anno imperii 37. mense 4 cum dimidio, 15 die Augusti vita functus est. Nicet. pag. 6. Huic successit IOHANNES COMNENUS Filius, in quem proceres et cognati conspirant. coniuratos clementer tractat. 7. 8.	1	11
1118	Expeditiones adversus Persas. 9.	2	12
1119		3	13
1120		4	14
1121	Scythas arte profligat. 10.	5	15
1122	Contra Triballos, quos alii Servios dicunt, expeditionem init. quatuor filios, Manuelem praesertim natu minimum, ad dignitates publicas evehit. 11. 12.	6	16
1123	Hunnicum bellum. 12.	7	17
1124	Traducto in Orientem exercitu de Persarmeniis debellatis triumphat. 13.	8	18
1125	Persarmenios denuo aggreditur, et bello fatigatos pacem petere cogit. Gangram expugnat, quam Persae paulo post capiunt. 14.	9	19 Moritur HENRIC.
1126	In Ciliciam movet. Bacam castellum munitissimum et Anabarzam expugnat. 15.	10	LOTHAR. SAXO. 1.

1127	Profectus in Coelesyriam cum Raimundo et Antiochenis amicitiam init. Pizaeos deditione recipit, Phaerepum expugnat, et variam Martis aleam experitur. 18.	11	2
1128	Istrium et Sezerim debellat, et Persarum Iconiensium insidiis elusus Byzantium redit. 19.	12	3
1129	Fratre Isaacio Comneno in gratiam recepto, novas expeditiones in Persas suscipit. 21. 22.	13	4
1130	Tyrannum Trapezuntium invadit. 22.	14	5
1131	Persas bello fatigat. 23.	15	6
1132	Dum Neocaesaream obsidet, Iohannes Comnenus nepos ad Sultanum Iconiensem deficit. 24.	16	7
1133	Iterum in Persas movet. 24.	17	8
1134	Phrygiam praetervectus provincias et finitima oppida rectius constituere studet, et perduelles quosdam bello frangit. 25.	18	9
1135	Alexius et Andronicus Iohannis Comneni filii morbo pereunt, patre in bellis externis occupato. 25.	19	10
1136	In Isauriam proficiscitur, ac provinciam ordinat. 26.	20	11
1137	Iter in Syriam intendit, ut Latinos Antiochia pellat. 26.	21	Moritur Loth. 12
1138	In itinere moras nectens ut Syros et Cilices in suas partes pertraheret, adventum suum Antiochenis denuntiat. 26.	22	Conrad. tertius 1
1139	Spe sua frustratus Antiochena suburbia diripit et vastat. inde ad Cilicum fines deflectit. 26.	23	2
1140	Venatum egressus, manu ad digitum venenatae sagittae illapsu strictim laesa, veneno celeriter usque ad vitalia progressa non multo post abit e vita, Manuele filio iuniore imperii herede relicto. 27. 28.	24 Moritur Iohannes Comnen.	3

1141	Manuel Comnenus patri succedens Isaacium fratrem natu maiorem in monasterio includit. opera Iohannis Axuchi et a Byzantinis expetitur ac suscipitur. 34.	MANUEL COMNEN. 1	4
1142	A Michaele patriarcha coronatus cum fratre Isaacio reconciliatur, et in Persas movet. 36.	2	5
1143	Iterum Persicam expeditionem suscipit, et rem gerit vario eventu. 37.	3	6
1144	Alemannam heroïnam uxorem ducit. rei publicae suscipit curam, Cancellario et supremo Quaestore constitutis. vectigalia nautica in fiscum refert. 37. 38.	4	7
1145	In aula Manuelis rerum vicissitudines, et Styppiotae cuiusdam mirabilis prosperitas. 39. 40.	5	8
1146	Laudata Manuelis administratio et virtutes principe vero dignissimae. 40.	6	9
1147	In praeclaro instituto non diu permanet, sed ex liberali et clemente fit tenax et austerus. 40.	7	10
1148	Alemannorum expeditio Hierosolymitana. huic Alemannorum exercitui Manuel varias struit insidias, quas Conradi exercitus superat. 41. 42.	8	11
1149	Exercitus Christiani luctuosa clades. reliquias Graeci fraude, ferro, veneno persequuntur. calx farinae militum admixta, moneta iussu Manuelis adulterata in Alemannorum perniciem. 43. 44. 45.	9	12
1150	Atrox pugna et illustris victoria a Conrado de Turcis reportata. 47. 48.	10	13
1151	Rogerius rex Siciliae bellum Graecis infert magno cum successu. 49.	11	14 Moritur CONRAD.
1152	Manuelis expeditio contra Siculos, Corcyrae oppugnatio et tandem deditio. inter Graecos et Venetos seditio cruenta. 51. 52.	12	FRIDERICUS I. cognomine Aenobarbus sive Barbarossa. 1

1153	Irritus in Siciliam Manuelis conatus. Serviam populatur. Michaël Palaeologus adversus Siculos rem feliciter gerit. 60. 61.	13	2
1154	In Servios et Hungaros expeditiones Manuelis et triumphus. cuius praefecti cum Scythis et Siculis infeliciter pugnant. 61. 62.	14	3
1155	Cum Rogerio Siculo pacem init: paulo post autem inimicitiae inter eos recrudescunt. 64. 65.	15	4
1156	Bellum Hungaricum. Hunnorum grassationes. incestuosa Manuelis et Andronici vita. 67. 68.	16	5
1157	Copiae Graecorum a Turcis cladem accipiunt. Styppiota calumniis oppressus excaecatur. 72. 73.	17	6
1158	Turcicae grassationes. Sultanus Iconiensis ad Manuelem confugiens magnifice excipitur. utriusque artes. 76. 77.	18	7
1159	Iconii seu Turcarum Sultanus Manuelis liberalitate onustus, domum reversus fidem fallit; unde vastationes et clades mutuae. 79. 80.	19	8
1160	Hunnis Manuel bellum indicit. Andronici tragoedia nova. is tandem Manueli reconciliatur. 83. 84. 85. etc.	20	9
1161	Pannonicum bellum. Zeugmini recuperatio. varia belli facies. 87. 88.	21	10
1162	Bellum adversus Serviae despotam. Andronici mala mens. rem gerit infeliciter cum Toruse Armen. 89. 90. 91.	22	11
1163	Andronici scelerati principis ob vagas libidines pericula et errores. 91. 92.	23	12
1164	In domo Manuelis tragoediae, cuius primarii actores Alexius protostrator et nonnulli magi. nova castra in Asia condit Manuel. 93. 94. 95. etc.	24	13
1165	Hungaricum bellum, cui Andronicus praeficitur. de Pannoniis superatis Manuel triumphat. 98. 99. etc.	25	14

1166	Bellum contra Servios, quorum statum suo arbitratu immutat. 103. 104.	26	15
1167	Aegyptiaca expeditio cum classe ducentarum navium, Amerigo Hierosolymorum rege auxilia pollicente. Tamiathi obsidio. re infecta Graeca classis domum repetens dissipatur. 105. etc.	27	16
1168	Sarraceni cum Manuele pacem firmant. nascitur Manueli Alexius filius imperator designatus. Manuelis gener Pannoniae regnum occupat. 110.	28	17
1169	Mariam filiam dat uxorem Marchionis Montisferrati filio. Venetos in Graecia vexat. 111.	29	18
1170	Veneti Graecos bello fatigant. Manuel restitutis rebus ablatis foedus cum Venetis renovavit. 112. etc.	30	19
1171	De bello Persis inferendo Manuel cogitat, Doryleoque et Sublaeo instauratis se ad bellum aperte accingit. 114. 115.	31	20
1172	Sultani pacem petentis spreta legatione, iter ingressus Manuel insigni clade afficitur, multis suorum millibus et illustrissimis quibusdam cognatis desideratis. Sultanus ultro Manueli pacem offert, unde reliquiis Graecorum salus. 116. 117. etc.	32	21
1173	In reditu Persae Graecos infestant. Manueli conditionibus pacis minime satisfacienti Sultanus bellum infert. 124. 125.	33	22
1174	Per legatos Manuel Sultani exercitum praeda onustum caedit et ad internecionem delet. 125. 126.	34	23
1175	Alia Manuelis in Persas expeditio, infelici cum eventu. Turci Claudiopolim a Graecis protectam frustra oppugnant. 126. 127.	35	24
1176	Papam et Italos Manuel contra Fridericum Caesarem concitat. Ancona Manueli favens et perduellis a Friderico obsidetur. 129. 130. etc.	36	25

1177	Bellis vario eventu confectis, disciplina politica et domestica pluribus modis enervata, Manuel illotis manibus theologiam tractat, de praecipuis fidei Christianae articulis temerarie definiens. 135. 136. 137. etc.	37	26
1178	Dum curiose agere pergit et circa Mahumetis blasphemias insanit, quas etiam edicto confirmat, in morbum incidit, et ab Astrologia dementatus quantum potest reluctatur, tandem cuculla indutus vita excedit, anno 38 imperii nondum plane absoluto. 142. 143. 144.	38 Manuel moritur.	29
1179	Sub Alexio puero turbae publicae et cruenta seditio Cpoli. 146. 147. etc.	Al. Man. Fil. 1	30
1180	Andronicus Comnenus imperium affectat, et horrendis dolis in nobiles quosque grassatur; praecipuos aulicos ferro et veneno interficit. 158. 159. etc.	2	31
